6 habetur.¶ Item subdit ꝙ licet quidam dicãt ꝙ vbi preceptuꝫ cum dicta clausula est iustũ ⁊ validũ si compareat citat⁹ expirat ꝑ̃ceptum ⁊ trãsfundiꝛ in vim simplicis citatiõis.tamen ẜm euꝫ istud nõ est veꝝ:q: si preceptũ est iustũ dꝫ ifirmari nõ ꝯfirmari ar.l.i.C.de carbo.edi.Si.n.preceptũ est iustum ergo non grauat.⁊ cũ dicta clausula sit ꝯditiõalis nõ transfundiꝛ preceptũ i citationẽ nisi existẽte ꝯditiõe vera.s.ꝙ grauetur.nã tunc bñ euanesceret preceptũ ⁊ iudex q apponit istã clausulam non intẽdit idebite grauare partem.ar.l.si qs locuplex.i fi.j.de ma. testa. bal.etiam i.l.ad peremptorium.s̃. de iudi. dicit ꝙ si queratur vtrum preceptũ iudicis expectatoriũ vel admonitoriũ possit iustificari ꝑ dictã cl'am.rñdet ꝙ sic.allegat no.ꝑ glo.h.⁊ i.d.l.ea
7 qdem.Et subdit esse veꝝ nisi citatio esset nulla ipso iure. q: tũc nõ põt iustificari.allegat i ar.l.iure nr̃o:de testa.tute.⁊.l.q̃dam mulier.s̃.fami.herc.Bal.etiam in.l.sed si quis ex signatorib⁹ s̃.quemadmo.testa.ap.cum quo hic simpliciter transi timo.dicit ꝙ ꝑ iterdictũ ex cã necessitatis preposteraꝛ ordo vt ibi vnde ẜm eũ interdictũ ita faciũt iudices q: si periculum est i mora faciũt preceptum:⁊ iustificãt illud cũ dicta cl'a.si senseris te grauatũ ⁊c̃.facit ad hoc ẜm euꝫ illud qꝺ no.in hoc.§. Põt concludi ꝙ aut preceptũ est inualidũ.ꝓut est regulariter ꝑ.d.l.i.ꝺ exe. re.iudi.⁊ tũc ꝑꝑ dictã cl'am habeat vim citatiõis:vt.s̃.dixi.substinendo bar.aut preceptũ est validũ:vt in cãu huius.§.vel qñ fit ꝑ̃ceptũ ꝓ executõe sñie in casib⁹ in qbus nõ reqriꝛ citatio ad ipsam executionẽ faciendã.iuxta plene no.per bar.⁊ alios in.l. a diuo pio.§.in vendi.j.de re iudi.⁊ i ꝓposito nr̃o no.bar.in. l.defendẽte.s̃.de aucto.tut.vel i alijs casib⁹ i qb⁹ iudex põt icipere a ꝑ̃cepto q casus ponũꝛ i varijs locis ꝺ qb⁹ ꝑ imo.satis plene i.d.§.diui.⁊ qꝺ ibi dixi.⁊ tũc aut ille cui factũ ẽ ꝑ̃ceptũ.ñ cõparet ⁊ sine dubio preceptũ validũ nõ resoluiꝛ aut comparet ⁊ tũc de mente bar.h vr̃ fuisse ꝙ preceptũ nõ resoluaꝛ.vnde dicit bar.ꝙ si pretor nũciat edificanti inhibẽdo sibi ꝑ nũciũ ne edificeꝛ ⁊ ꝙ si sentiat se grauatũ ꝯpareat recepturus ⁊c̃.dꝫ huic parere inhibitioni:lꝫ ꝯpareat.secus si ihibitio fuerit facta alternatiue.s.ꝙ nõ edificet vel veniat responsurus vt hic ꝑ eũ: ⁊ ita ẽt vr̃ velle bar.i.d.§.vbi decretũ.sed Ja.bu.⁊ bal.i dictis alijs locis.⁊ alij quos supra retuli videnꝛ tenere cõiter ꝙ resoluaꝛ ꝑ̃ceptũ illo ꝯparente ⁊ reducaꝛ ad vim simplicis citationis ⁊ ista
8 opi.mihi vr̃ verior.q: quotiens dictio si.vel dictio nisi apponiꝛ in vltimis voluntatibus.siue adiciaꝛ verbo dispositiuo.siue p⁹ verba dispositiua adijciaꝛ verbis executiuis facit actũ eẽ i suspẽso ⁊ cõditionalẽ.l.qb⁹ dieb⁹.§.qdã ticio.de cõdi.⁊ demon. lꝫ aliud sit in contractibus.vt no.i.l.ij.ff.de in diẽ adie.⁊ no.bar. plene.i.l.i.s̃.ꝺ condi.⁊ demõ.dũ tracta de dictione si ⁊ cũ.⁊ dictione nisi.⁊ aliud qꝺ dicim⁹ in ultimis uoluntatibus etiã hꝫ locũ in preceptis seu sententijs:ut no.in.c.preterea reqsitis.ꝑ gl. ⁊ Inno.ibi de ap.⁊ ꝑ bar.in.l.obliga.fere.§.ꝯditio.j.de acti. ⁊ obliga.⁊ no. Ja.bu.in.l.si eum.§.q iniuriaꝝ.s̃.si qs cau.⁊ i d.l.actione.⁊ ibi plene saly.post bal.⁊ imo.in.d.l.qdam ticio Nec ob.illud qꝺ dicit bar.h q: dic vel ꝙ dcm̃ ei⁹ itelligiꝛ ꝙ nũciatio firma manet.s.vsqꝫ ad cõparitionẽ ⁊ non vltra si factũ fuit preceptum sub conditione predicta. Vel dic ꝙ ei⁹ dictum aliter non posset procedere nisi vbi aliter non esset apposita cõditio:vt q: dictum esset.nuncio tibi ne edifices ⁊ venias responsurus. Nõ ob.etiam verba bar.in.d.§.vbi decretuꝫ. q: respondeo ꝙ illa verba.si senseris te grauatũ referunꝛ ad sensũ ⁊ opi. illi⁹ cui factum est preceptũ.s.si non sentiat se grauatum ẜm sensum suũ.non aũt referunꝛ ad veritatẽ grauaminis.ita probaꝛ i d.c.lꝫ ex suspecto de fo.compe.dum tex.ibi dicit.lꝫ eis appellare si senserint se ꝑ̃grauari iũcta.l.eos.in ꝑn.in versi.iniusta.C. de ap.de illo aũt dicto Jo.an.quod ipse ponit in.d.§.species: vt.s̃.rettuli nõ tango h.sed remitto me ad no.ꝑ Ang.⁊ imo.i. d.l.de vnoquoqꝫ.ubi al's dixi ⁊ ꝑ Anto.de bu.⁊ abba.in.d. c. cũ cessante de ap. Dicit etiam h ange.ualere citationem factaꝫ ꝑ illa uerba ꝯditionalia vꝫ compareas si tua putaueris interesse

alle.ẜm eũ gl.singularem in.d.l.ea q̄dez:pro q̄ allego ego tex. in.d.l.diffamari.C.de inge.ma.vbi vz hec citatio. compareas si de tuo iure ꝯfidis.bene facit tex.in.d.c.significauit. de testi. vbi vz h̄ citatio cōpareas ad talē actū si vis interesse ꝛ nota. in auc.si qs ab aliquo.p̄ bal.ibi circa.x.col.C.de testi. Et de his modis citandi.vide ēt per inno.in.c.dilecti.de excep.ꝛ p̄ bal.i.l.consentaneũ.in vltima col.C.qũo ꝛ qñ iu.ꝛ in.l.ij.in.v.col.C vbi in rem act.ꝛ in.l.prescriptiōe.i.xv.col.C.si ꝯ̄ius vel uti.pu. ¶ In glo.in ver.manũ.cōmuniter tenet̃ q̄ nō sufficiat solus iactus lapilli:sed debeant ēt interueñire verba. Putat tamen Inno. q̄ etiam sine verbis sufficiat mentem declarare nutu.arg. l.nutu in p̄n.de leg.iij.ꝛ ita ēt nota. Azo in summa ffor. sup h̄ ti.v̄.sed q̄liter.ꝛ istud vr̃ ver̃ q̄uis Pau.de ca.h̄ dicat.q̄ aut poterat loq̄ ꝛ requirant̃ v̄ba.aut nō.ꝛ tũc sufficiat nut⁹. Sicut dicimus in matrimonio.c.tue de sponsa.ꝛ no.glo.singularis ĩ. l.cũ notissimi.in p̄n.in v̄.solã.C.de prescip.xxx.anno.sed veri⁹ vr̃ q̄ ēt si loq̄ possit sufficiat nutus.d.l.nutu.in p̄n. dato q̄ in matrimonio in quo tractat̃ de magno preiudicio ꝛ in taz graui sacramēto aliud eēt.qnĩmo ēt ẜm magis verã opi.ēt ĩ matrimonio sufficit solus consensus.nec exigit̃ q̄ per verba magis q̄ aliter declaret̃ in.c.cũ locũ.de sponsa.facit.l.nuptias.ꝛ ibi Bar. de reg.iur.de quo plene per do.in.d.c.tue.ꝛ ēt aliq̄d p̄ bal.in l.ad cognoscēdas.C.de inge.ꝛ ma.ꝛ per moder.ꝛ imo.in.l. i. §.si quis ita.de verbo.obliga.ꝛ in.l.ex facto.in prin.ff.de vulg. ꝛ pupil. Alexan.de imo.

Si quis riuos.

In riuis ꝛ cloacis ꝛ vbicunqz mora vel dilatio est periculum allatura spernit̃ nũciatio.h.d. ¶ Nota q̄ vbicũqz p̄iculũ est in mora[b] recedit̃ a regulis iuris cōis vt h̄.ꝛ in.l.si qs filio exheredato.§.hi autem.ff.de iniust.testa.ꝛ.l.ait pretor.§.si debitorez que in frau.cred.ꝛ in.l.diuus in p̄n.ff.de peti.here.ꝛ quod no. glo.ꝛ ibi doc.in.l.fi.in versi.fideiussionis.C.de fer. ¶ Et ex h̄ infert hic Roma.in additionibus nouis.an captus rōne suspitionis fuge possit dicere capturam nullaz ex eo q̄ captus fuerit auctoritate iudicis competentis:ꝛ concludit q̄ non:q̄ sicut capi potuit p̄ priuatũ.vt in.d.§.si debitorez:multomagis per habentem iurisditionem.vt latius per eum:ꝛ per eundem in.l. ij. ff.de iuris.om.iudi. Alex.de imo.

Qui opus.

Qui nunciationē prosequit̃ iurare dz de calũnia ꝛ aduersarius h̄ petat:ꝛ iudex decernat.h.d. ¶ In tex.ibi exigat̃ no.tex.per quē p̄bat̃ q̄ iuramētũ calũnie tacite remitti pōt p̄ partē.s.si pars ipsa nō petat: ꝛ ita apte p̄batur in.c.i.de iura.calũ.li.vj.sed expresse remitti nõ pōt.l.ij.§.sed q̄ veremur.alle.in glo.de quo vide aliq̄d p̄ bar. hic ꝛ ibi post glo.ꝛ p̄ Bar.in.l.qui bona.§.si aliena.circa. iij. col.ĩ.ti.i.vbi tangit̃ q̄d si prestat̃ iuramētũ calũnie.sed minus debite.an p̄cessus reddat̃ nullus.vide ēt Ja.bu.in.d.§.sed q̄ veremur.dicentē q̄ malitiosi p̄curatores dum rñdēt libello in fine responsionis sue caute dicũt ꝛ petit iurare de calũnia ꝛc̄. ꝛ postea nō curãt petere vt sic p̄cessus reddat̃ nullus si actor nō iurauit p̄.d.§.sed q̄ veremur.ꝛ in tm̃ ē necessaria ꝛ rōabilis h̄ prestatio iuramenti.vt nō valeat ꝯsuetudo disponens q̄ tale iuramentũ parte petente nō sit prestandũ[c] tanq̄ ꝯsuetudo sit irrōabilis.c.cōstitute.de fideius.c.ceter̃.de iura. calũ. His adde q̄ dicam in.d.§.si aliena. ¶ In glo.in ver.nũciare ibi firma maĕat ꝛc̄.habes ex hac gl.notare q̄ actũ q̄ p̄ se firm⁹ ꝛ validus ē possum petere ꝯfirmari per iudicē.bene facit.l.iij.§.missũ.ff.de carbo.edic.ꝛ.l.i .ẜm vnã lec.C.de carbo.edic.vbi q̄uis possideaz possum petere me in possessionem ꝯfirmari.de quo plene ibi p̄ doc.ꝛ per Bar.in.l.i.§.satisdatũ.ĩ.quo.leg.ꝛ in.l.fi.C.de edi. di.adri.tol.ꝛ idē ĩ oĩb⁹ actib⁹ canonicis puta ĩ electione ꝛ institutione[d] ad b̄nficiũ:q̄ possum petere tales act⁹ in iudicio ꝯfirmari p̄ sniaz seu declarari eos firmos maĕre.c.ex significatiōe de p̄cur.ij.cũ ibi plene no.p̄ Inno.de ꝯfir.vti.vel inuti. vbi sentit aliud eē in ꝯ̄ctibus iurisgentiuz quos petere vellet qs ꝯfirmari p̄ sniaz.sed de hoc est dicēdũ vt melius p̄ Bar.ꝛ ang.in.l.si qs. C.de decu.li.x.vbi ad hoc ē tex.valde no.ẜm vnã lec.ꝛ p̄ Inno.in.c.cãm circa.i.col.q̄ fi.sint legi.ꝛ p̄ alios in.d.c.ij. Similiter qs pōt petere ꝯfirmari act⁹ legitimos seu ciuiles.puta sniaz p̄ se latã q̄uis ab ea non fuerit appellatũ.vt p̄ Bar.h̄.ꝛ per eũdem ꝛ alios plenius in.l.si expressum ĩ vlti.col.ĩ.de ap.ꝛ in.l.i. C.qñ p̄uo.ꝛ istud erit valde vtile ẜm ang.hic q̄ poterit ipsam sniam facere pluries ꝯfirmari.ꝛ post habitas tres snias ꝯformes nō poterit ꝯ̄ executionē earum aliq̄d oppōi.ēt si de nullitate qs opponere vellet.vt cle.ij.de re iudi.nisi oppone(t) de nullitate surgēte ab icompetentia iurisditiōis:q̄ illa nullitas nũq̄ vr̃ exclusa vt ē gl.singularis ĩ cle.vna ĩ gl.fi.de seques.pos. Imo.h̄ dic̄ q̄ ꝯ̄ dc̃az gl.vr̃ alia gl.ĩ.cle.i.ĩ ver.pēdere.de re iudi.dicit tñ posse rñderi q̄ verior sit gl.in.d.cle.vnica ꝛ ita dicit tenuisse Pe.de anc. vel ēt scd̄m Imo.dic q̄ glo.in.d.cle.vnica. p̄cedit regulariter. sed glo.in.d.cle.i.p̄cedit ĩ suo casu spãli.s.qñ late eēnt tres snie ꝯformes.p̄ut loq̄t̃ illa cle. i.ꝛ dicit ipse q̄ ēt ita tenuit Pe.de anch.ꝛ hoc mō dabit̃ prima cōcordia ad dictas glo. ¶ Vel ẜm euz p̄nt scd̄o mō cōcordari dicte glo.s.q̄ glo.in cle.vnica.p̄cedat regulariter sz fallit qñ ex ꝯsciētia ꝛ p̄missu iuris fert̃ snia a iudice incōpetēti:vt ē videre ĩ casu.d.cle.i. Nã lz sit appellatũ ab interlocutoria.tñ pōt p̄cedere iudex a quo si nō est facta sibi inhibitio p̄ iudicem ad quē.c.nō solũ.de ap.in.vj. lz postea si appareat bñ appellatum ab interlocutoria de tegat̃ p̄cessum eē nullũ.ꝛ iudicem a q̄ nō potuisse p̄cedere iuxta ea q̄ habent̃ in.c.nō solũ.ꝛ notat Jo. an.in.c.ex p̄te ade.de testi.ꝛ p̄ Bar.in.l.iij.ĩ.ij.q.ĩ de ap.reci. Et idē ẜm Imo.videret̃ eadē rōne dicēdũ si ex cōmissione hoīs p̄cessisset ad sniam iudex datus:lz nō habuisset iurisditionē:vt quia iudex ipse fuisset ipetratus p̄ rescriptum ab excōicato iuxta. c.i.de rescrip. Et lz ipse non dicat.dic q̄ istud idem voluit Do.cardi.in.d.cle.vnica.§.fi.vbi dicit distiguendũ.q̄ aut ꝯ̄ sniam opponit̃ exceptio incōpetētie iudicis p̄ v̄ba negatiua:vt q̄ negat̃ p̄ferentem fuisse iudicē q̄ negatio transfert onus p̄bandi in aduersariuz vt no.ĩ.c.hōe el.i.de elec.vel negat̃ cōmissionem eē factã qd̄ statim per cancellariũ ꝯstare p̄t ꝛ tunc hēat locuz id qd̄ dr̃ per gl.in.d.cle.vna .aut exceptio opponit̃ per verba affirmatiua vel per negatiua q̄ resoluunt̃ in affirmatiuam.tunc secus vt si oppono iudicem fuisse excōicatum vel rescriptuz cōmissionis fuisse impetratum ab excōicato.naz talis opponens non audiet̃ etiam si velit statim probare ad hoc allegat ipse auctoritatē Jo.de san.georgio. ibi dicētis de facto seruari ꝛ est mirabile[e]. ¶ Vel tertio ẜm Imo.h̄ pōt dari alia concordia.s.q̄ glo. in d.cle.vnica procedat qñ allegatur sniam funditus caruisse iurisditione in cã illa:sed si non allegat̃ funditus caruisse iurisditione:sed ex accidenti illam p̄didisse vt est videre in casu.d.cle.i.cum glo.s. quando fuit appellatum ab interlocutoria que appellatio non oĩ casu p̄imit iurisditionem iudicis a quo:sz demũ qñ est rite appellatum.d.c.non solum.ꝛ tunc p̄cedat opi.glo.in.d.cle.i.ꝛ pro hoc allegat quod no. Inno.in.c.innotuit.de eo q̄ fur.or.susce. ꝛ in. c.cũ in integ.de offi. delega.ꝛ istam tertiam concordiam ẜm Ro.h̄ posuit ēt bal.in.l.i.C.si a non compe.iudi.adde bal.in.l.reos.C.de accu.in.xij. col. in ver.venio ad quartũ ꝛc̄.ꝛ qd̄ ipse no.in.l.generaliter.in p̄n.C.de epis.ꝛ cle.ꝛ in.l.exceptionē.in vlt. col.C.de p̄ba. Ro.hic ēt addit q̄ p̄ opi.glo.in.d. cle.vna potest allegari casus in.l.scire oz.§.fi.ff. de excu.tuto.ꝛ in.l.non erit.§.dato.ff.de iureiur.cum glo.ꝛ subdit q̄ alio mō p̄nt ꝯcordari dicte glo.ꝛ sic erit quarta ꝯcordia vz q̄ aut nullitas proueniēs ex incōpetentia erat manifesta ꝛ notoria:ꝛ tũc possit opponi ēt si tres eēnt snie ꝯformes.allegat no. per bal.in.l.i.C.ne li.ter.p̄uoca.ꝛ ita dicit limitari tex. in.d.cle.vnica.cũ ibi no.aut nullitas obiecta requirebat probationes:ꝛ tũc ꝯ̄ tres snias ꝯformes non possit opponi talis nullitas ad impediendã executionem:ꝛ ita p̄cedat illa gl.in.d.cle.i.in ver.pēde

a ¶ Declaret̃ de hoc p̄ barba.cōsi.liiij. p̄ frã.de are. cōsi.xiij.

b ¶ In mora p̄p̄ periculuz more iudex aĩs icōpetēs examinat testes ēt ad eternã rei memoriam vt dicit fran. de are. cōsi. lxxxv.

c ¶ Prestãduz.dicit ro. singulari.suis q̄ nec vz consuetudo q̄ aduocatis ꝛ procuratorib⁹ nō defferat̃ tale iuramētũ cuz illi nouerint oĩa mala.

d ¶ Institutiōe.sed an ex duplici capite qs possit petere ꝯfirmationē vide p̄ ro. ꝯsi.ccccxxxiij

e ¶ Mirabile q̄ snia lata uigore rescripti nulli trãsit in rē iudicatã si non appellet̃ ẜm lapũ i.c.i. de rescriptis quē sequitur Anto de bu.ĩ c.sup l̃ris.de. ti.ꝛ ro. cōsi. ccclxxxiij.ifi.

que e ... 4 tt ... 26 ... lib. 4 noue recop.

re. Istā limitationeꝫ ēt ad.d.cle.i.posuit imo.dicēs
ꝙ ita videnť sentire dñi de rota in suis decisionib⁹
nouis.adde ēt ꝙ alio mō ꝯcordat Anto.de bu. in.
d.cle.i.ð re iudi.s.ꝙ glo.in.d.cle.i.procedat q꞉ ibi
agebať de modico p̃iudicio.i.tp̃ali.qm̃ nō obstāte
tali exceptione nullitatis ē vex̄ ꝙ fiet executio : sed
illa executio durabit ad tp̃s.quousqꝫ ꝑ viam princi
palis petitiōis fuerat postea dcm̃ ⁊ ostensuꝫ de nul
litate:vt ibi i tex.secus vbi agereť de alio p̃iudicio:
q꞉ tunc procedat gl.ꝯria sed hanc concordiam reꝑ
hendit Imo.in.d.l.si expressim de ap.q꞉ ēt i.d.cle.
vnica agiť de tp̃ali preiudicio.i.de sequestratiōe fa
ciēda q̃ durabit ad tp̃s.s.quousqꝫ apparebit q̃ par
tiũ habeat ius:⁊ tñ gl.ibi vult ꝙ execeptio nullita
tis sñie causata a defectu iurisditionis īpediat illam
sequestrationem ꝙuis alia nullitas non īpediat . ⁊
ponit Imo.in.d.l.si expressiꝫ aliquantulũ pingui⁹
dcās ꝯcordias q̃s posuit h̄.⁊ dic̄ ꝙ iste articul⁹ ñ re
peritur ꝑ aliũ melius tactus.adde ēt ꝙ p̄mam ꝯcor
diam relatā vꝫ ꝙ qñ late sunt tres sñie ꝯformes nō
possit opponi sententia nullitatis surgens ab incō
petentia ⁊c̄. Impugnat Ange.in.l.iiij.§.fi.j.ti.i.
⁊ in.d.l.si expressim.⁊ Pau.de cast.in.§.iiij.l.ꝯdē
natũ.j.de re iudica.vbi singulariter volũt ꝙ etiam
isto casu possit opponi talis nullitas ꝑ no.ꝑ glo.sin
6 gularem.in.d.cle.vna.⁊ ita etiam tꝫ lapus vt refert
Pe.de anc.⁊ sequiť in.d.cle.vna.vbi refert ꝙ Io.
de fantucijs tenebat ꝙ qñ sũt late tres sñie ꝯformes
nō habeat locũ gl.in.d.cle.vnica ꝑꝑ presumptionē
surgentē ex tribus sententijs.qð impugnat Pe. de
anc.in.d.cle.vnica.q꞉ nō mereť habere sñie nomē
fundamento sublato.ꝓ hoc facit:q꞉ iura presumũt
ꝓ iudice.c.presentia.de renun .l.ij.C.de offi.ci. in.
al's est in rubrica.C.ð offi.ci. anno.q̃ p̃sumptio ces
sat i priuato al's facile esset alicui curare habere tres
sñias latas a p̄uato.⁊ istā opi.tꝫ Ang. hic vt retuli
in p̄n.huius.§.suꝑ hac glo.⁊ ita eā puto eē tenēdā
hoc tñ intellige vex̄ qñ dicte tres sñie essent late ab
incōpetēti iudice:sed si p̄ma vel ēt secũda esset lata
ab incōpetenti iudice ꝓ me.⁊ ego postea ēt circa re
medium appellationis petierim corā competenti
iudice dictā sñiam ꝯfirmari seu ꝓnũciari eā firmam
manere.⁊ ita fuerit iudicatũ:⁊ ab ista ꝯfirmatione
non sit ꝓuocatũ.certe si petā executionē dicte sñie
ꝯfirmare nunꝙ poterit opponi ꝙ fuerat lata ab in
cōpetenti iudice.ita singulariter voluit Inno . quē
alij ibi sequũť in.c.i.de ꝯfir.vti.vel inutili.⁊ Inno.
in.c.suꝑ lr̃is.in ver.forsan.in glo.de rescrip.arg. c.
i.de transac.⁊ illud sequiť simpliciter ang.in.l.ij. in
vij.fallētia.s̈.si qs i ius vo.nō ie.ꝙuis ipsemet An
ge.hic si bene inspiciať sentiat expresse ꝯriuꝫ.allegā
do glo.singularem in.d.cle.vnica.vt retuli.s̈.circa
p̄n.sed opi.Inno est verior:nec illo casu loquiť gl.
in.d.cle.vnica.⁊ pari rōne idē dicendũ esset vbi a p̄
ma vel secunda sñia ꝑ cōpetentē iudicē lata:eēt ap
pellatũ ad iudicē competentē:⁊ iudex appellatiōis
ꝯfirmasset eas sñias.nā si postea petať executio nō
poterit amplius opponi exceptio nullitatis rōne in
competentie si super tali nullitate fuit semel cogni
tũ ⁊ iudicatũ per sñiam que transierit in reꝫ iudica
tam:facit ius ⁊ ei standũ est.l.i.C.de re iudi.l.inge
nuum.s̈.de sta.ho.⁊ hoc vltimum saltem est verum
si coram iudice appellationis fuit disputatũ de nul
litate precedentis seu precedentium sententiax̄ vt
no.bal.in.l.i.post medium.C.quando prouoca . ⁊
in dicta.l.si expressum.in.ij.colũ.in versicu . viden
dum est ⁊c̄.⁊ ibi per Imol.tenentem fortius.scilicꝫ
ꝙ idem sit etiam si de nullitate non fuit disputatuꝫ
coram iudice appellationis:vt ibi per eum . facit ēt
ad predictā q꞉ dꝫ attendi sñia ꝯfirmans plusꝙ ꝯfir
mata:⁊ ex ipsa ꝯfirmāte oriť actio.vt ꝑ glo.⁊ do.in

a ℭ Iurisditionis.in hoc articulo uide lud. ro. cōsi. xlij.meli⁹ singularib⁹ suis vbi ipugnat old.pau.ð castro.ꝯsi.lxxiij abb.ꝯsi.lxj.⁊ lxiiij. vbi melius:⁊ consi. xcvij.vbi qd sit late suut tres sñie ꝯformes ⁊ prima erat nulla de quo vide per alex.cōsi. lxxviij.i.iiij.col. i.li.⁊ ꝙ exceptio icōpetentie sēꝑ possit oppōi voluit fran. de are. cōsi.lxviij . ꝑ ang.cō.ccxviij.⁊ ibi qd si iuratũ sit nō dicere sñiam nullā ꝑ.d.de ro.decis.suis noui .ð exce. decis. cclxxx. ⁊ qs ðbeat ꝓbare de ꝓcessu ad ipediendũ executiōeꝫ vel obtinēdā vide ꝑ eosdeꝫ decis.ccci.de ꝓbatio.

l.eos circa p̄n.C.de ap.⁊ ꝑ Bar.in.l.i.cũ similibus.ff.de re iu.
7 ℭ Item adde circa quartā cōcordiā.s̈.allegatā ꝑ quā limitať
dispō.d.cle.i.de re iudi.vt illa nō ꝓcedat qñ post tres sñias cō
formes ad impediendũ executionē opponiť nullitas quecunqꝫ
sit illa nullitas:siue ex icōpetētia iudicis.siue ex alio defectu dũ
mō illa nullitas sit notoria ex actis de qb⁹ satis possit fieri fides
nā semꝑ per talē nullitatē impedieť executio ēt triũ sñiax̄ con
formiũ.vt dicit hic Imo.cui adde ꝙ hanc singularē limitatio
nē originaliter ponit Old.in cōsi.cvij.incipiente.Quod lr̃e exe
cutorie ⁊c̄.vbi ad hoc adducit plura.⁊ maxime tex.in.d.cle.i .i
ꝟ.vt dictis calũnijs obuieť q̃ rō hoc casu vr̃ cessare.idē ēt tenet
Sal.in.d.l.i.C.ne li.ter.ꝓuo.idē tꝫ Imo.in.d.l.si exp̃ssum.in
vij.charta ⁊ ēt in vl.char.i añpe.col.⁊ Ro.i.l.si ꝟo.§.de viro.
so.ma.in.xxij.fallētia.⁊ in.l.si feriatis.s̈.ð fer.ꝓ h̄ facit qð no.
bar.in.l.i.in p̄n.in.iij.col.in ꝟ.oppōiť.s̈.ne qs eũ ⁊c̄.s̈.e.⁊ qð
bal.in.l.vnica in ver.denuo q̃ro ⁊c̄.C.si de mo.po.fu.appel.⁊
Pe.de auc.in cōsi.ccvij.incipiente.In xp̄i noīe de iure cōi ⁊c̄.
vbi dicit ꝙ statutũ reijciens exceptionē nullitatis nunꝙ vr̃ rei
cere illā quē ꝯstat iudici ex actis ꝑ rōnem ibi allegatā per eum:
⁊ maxime per no.in.l.vbi pac.de transac.⁊ ꝑ no.in.c.i.de offi.
vica.vbi pꝫ ꝙ iudex ex offi.ēt qñ pars ñ posset opponere pōt re
pellere agentē.si ex actis ꝯstat de non iure agentis.⁊ istud etiā
vr̃ de mente Do.cardi.post antiquos.in.d.cle.vnica.§.fi. Sꝫ
ꝯ istam limitationem vr̃ tenere Bar.in.l.fi.C.de ordi.cogni. ꝓ
quo posset adduci rō nam qñ vna tm̃ sñia lata est q̃ in rem iudi
catam transiuit si petatur ei⁹ executio:⁊ reus excipiat de nulli
tate.ita demũ īpediť executio si ꝓbatio nullitatis sit in ꝓmptu.
⁊ nō aliter:vt no.bar.in.l.iiij.§.cōdēnatũ de re iud.ergo si qñ
sũt late tres sñie ꝯformes ⁊ opponiť ꝯ executionē exceptio nul
litatis.vex̄ sit dicere ꝙ si ꝓbatio sit euidens ⁊ in ꝓmptu dꝫ im
pediri executio.seq̄ť ꝙ nulla erit sp̄ālitas in executiōe triũ sñia
rũ ꝯformiũ.ꝓut voluit inducere tex.in.d.cle.i.ℭ Ro.i.d.§.de
viro.in.d.l.si feriatis.ꝑꝑ hanc rōnem.lꝫ de bal.in.d.l.fi. men
tionē non faciat dubitauit de veritate huius limitatiōis:⁊ dicit
in practica non esse recedendũ a dicta limitatiōe.tñ non rñdet
ad argu. Potest dupliciter rñderi.primo ꝙ qñ vna tm̃ lata est
sñia vel due tunc ad hoc vt opponens de nullitate possit īpedi
re executionē:satis est ꝙ offerat se incontinenti de nullitate ꝓ
batux̄.lꝫ de nullitate nō ꝯstet ex actis ita voluit bar.in.d.§.con
dēnatũ:sed qñ late sũt tres sñie ꝯformes dꝫ ꝙ appareat ex īspe
ctione actorũ de nullitate:⁊ similē distictionē facit gl.in.l.i.§.si
ue aũt.in ver.īperfectā.j.de ta.exhi.quā ad hoc reputo no.
8 ℭ Uel secũdo responde.ꝙ qñ nō sunt late tres sñie:sꝫ vna tm̃
vel due.⁊ reus ꝑ viā p̄ncipalis petitionis agit de nullitate tũc ꝑ
h̄ nō īpediť nec suspendiť executio sñie non facta distinctione:
aut sit ꝓbatũ de nullite:vel nō.ut voluit eleganter Inno.in.c.
cũ i iur.de of.dele.⁊ Io.an.i additio.spe.i ti.de lit.ꝯtest.in ꝟ.
qd de cā nullitatis.⁊ Do.ð ro.decisiōe.cclxxi.quā refert Imo.
in.d.§.ꝯdēmnatũ:⁊ ꝓ h̄ allegať tex.in.l.fi.ad fi.quē ad h̄ ibi
pōderat bal.C.de ordi.cogni.⁊ Sal.in.l.i.C.ne li.ter.ꝓuo.vñ
qñ late sũt tres sñie cōformes erit tũc speciale q꞉ si re⁹ velit per
viam principalis petitionis dicere de nullitate:⁊ hoc mō īpedi
re executionē sñiax̄ certe nō poterit hoc mō regulariter impedi
re executionē.vt.d.cle.i.nisi ꝓbatio sit in ꝓmptu ꝑ limitationē
supra datā.ℭ Hec tñ secunda rñsio nō est sine dubio:q꞉ multi
tenuerunt ꝙ ēt si nō sunt late tres sñie.ita īpediať executio si ꝑ
viam p̄ncipalis petitiōis dicať de nullitate.⁊ ꝓbatio sit i ꝓm
ptu sic̄ qñ nō per viā principalis petitionis opponiť de nullita
te:vt dixi i.d.§.ꝯdēnatũ.ℭ Alie multe limitatiōes dari possēt
ad cle.i.de re iu.sed me remitto ad no.ꝑ bal.in.d.l.i.ne li. ter.
9 ꝓuo.Ex cui⁹ dictis colligo q̃ttuor limitatōes ad no.ꝑ ang.in.
d.l.si expressim.⁊ ꝑ imo.in.l.q a latronib⁹.§.i.de testa.⁊ in .l.
nō solũ.§.morte.j.e.⁊ ꝑ Ro.i.d.l.si feriatis.post bal.ibi i lec.
antiq̃.⁊ ꝑ doc.in.d.cle.i.ℭ Itē adde ꝙ ꝓ gl.in.d.cle . vnica.
de seques.pos.facit tex.in.l.ij.§.pe.cũ ibi no.ꝑ bar post gl.s̈. q
satisda.cogā.⁊ no.Ang.in.l.diuus.s̈.de test.mi.⁊ in.d.l. non
erit.§.dato.⁊ bal.in.l.si qs filio.§.qð si qs.s̈.de inius.test.⁊ i.
l.scire oꝫ.§.fi.s̈.de excu.tuto.⁊ ꝑ cano.in.c.cũ qs de resti.spo.
vbi ꝑ illā gl.semꝑ dicũt doc.in dictis locis:⁊ i alijs.s̈.alle.ꝙ lꝫ
lex vl' statutũ excludat oēꝫ nullitatē sñiā nũꝙ vr̃ excludeť nulli
10 tatē surgentē ex defectu iurisditiōis[a].ℭ Ultimo dicit no.Ang.

dic q videmus q vbi qs nunciat nouū opus standū est sue cōscientie si dicit sua interesse.l.i.in pn.⁊.§.pe.cū glo.in ver. pertinet.ff.eo.⁊ tñ videmus q tenet iurare suam ɔscientiam nō eē
ii pollutā vt hic. ¶ Ex quo infert q vbi aliquid relinquit ɔscientie alicuius stari debet dicto suo dūmodo iuret. pro hoc dicit eē tex.meliorem de iure in.l.theopompus de do.plega. Et iō ſm Pau.de ca.hic videt limitari glo.singularis in.c.statutū. i.§. assessorē.in ver.relinquat.de rescrip.in.vj.que vult q qñ aliqd est cōmissum ɔsciētie alicuius non potest reclamari ab eius dclaratione.nā illud erat ver.tñ dū declarat debet iurare q ita videtur sue conscientie. ¶ Dicit tñ Pau.de ca.q lʒ istud dictū sit ver.per.d.l.theopompus.⁊ per.l.cōparationes.C.de fi.instru.⁊.l.hac edictali.§.is illud.C.de secundis nup.tñ nō pbat hic q iuramētū nō interuenit in nunciatione:sʒ post. ¶ Sʒ de hoc articulo dic melius vt colligit ex no.per Bar.in.d.l.theopompus.⁊ per Ange.in repetitione.l.si vacantia.in.iij.col. C. de bo.vacā.li.x.p Bal.in.l.iusiurandum qd ex ɔuentione. in pn.ff.de iureiur.per Ant.de bu.in.c.veniēs.el.i.de testi.⁊ in.c.finem litibus.in pe.col.de do.⁊ contu.nō tango de veritate ei⁹ quod dicit glo.in.d.§.assessorem.q eēt aliquantulum a remotis.sed vide per bal.in.l.i.C.de re.credi.cum cōcor.quas ɔsueui allegare in.l.inter stipulantem.§.i.de ver.ob.post ang.ibi.

Qui nunciat. Qui vult nunciare nouum opus ne fiat i certa parte fundi debet illā demonstrare ei cui nunciat:sed si vult nūciare ne fiat sup toto non hʒ necesse aliquid demōstrare:sed simpliciter nūciare:⁊ videtur
2 nūciasse super toto.h.d. ¶ Inducitur h tex.ad.q.an si qs agat rei vendicatione.⁊ petat reʒ simpliciter pcedat libellus an vo nō pcedat tanq icertus.⁊ sic necesse sit exprimere an petat totum vel partem per istū tex.⁊ decidit ſm bar.hic ⁊ Ange. q si volo vendicare partē debeo partē exprimere.alias petendo rē simpliciter videor petere totā rem.⁊ sic pcedit libellus.⁊ ita tʒ glo.magna.in.l.fi.in pn.ff.de rei vendi.lʒ ɔtrium sentiat glo.in fi.in.l.pomponius.§.sed si is.ff.de pcu.⁊ nō bñ.⁊ p dictā opi.f.q procedat libellus in quo petit res simpliciter. Addo tex.in l.legato vxori.ff.de leg.ij.quē ad hoc ibi ponderat Dy.⁊ bar.
3 i.l.hoc legatū.ff.de leg.iij. ¶ Ad idem adduco tex.in.l.ticia cum testamento.§.i.ff.de leg.ij.vbi pbat q appellatione rei itelligatur de tota.⁊ ideo p illū tex.bal.ibi dicit male dixisse glo.in.d.l.pomponius facit.l.si qs cum totum.circa pn.ff.de exce.rei iudi.⁊ ita illum tex.intellexit ēt ibi Ang. ¶ Adde etiā q gl.in.c.ij.in gl.magna.in princi.de libe.obla.videtur tenere illud quod tenet glo.in.d.l.pomponius tñ Imo.eam reprehendit per no.in.d.l.si eā rem.⁊ hoc communiter sequuntur scribētes
4 in.d.l.si eā rem.⁊ in.d.l.pōponius. ¶ Item facit ſm bar. hic tex.an in instrumentis debeat inscribi nō solum locus ciuitatis vbi actus est celebratus:sed etiam locus loci:puta in tali domo vel tali platea:⁊ ɔcludit q ēt loc⁹ loci[b] debet inseri.vt hic p eū cum concor.allega.per ipsum. ¶ Addo Jo.an.in ti.de instru.edi.§.istrumētum.el.ij.super ver.quid si loc⁹ ⁊ Dy.in ɔsi.xxi. ⁊ idem tenet Jaco.de are.⁊ Cy.in.l.optimam.in.iiij.q.C. de cō.⁊ cōmit.sti.vbi dicunt hoc esse verum nisi loci cōsuetudo aliter se haberet quia illa seruāda esset per id qd habetur in.§.si q vero.in auc.vt prepo.no.impera.⁊ ita etiam tʒ Jaco.bu.⁊ Saly.in.d.l.optimā.⁊ ibi aliqd per bal.⁊ plene per bal.in.l. contractus.C.de fi.instru.vbi transit cum bar.hoc idem tʒ Ja.fa.in.§.item vero.insti.de inuti.stip.⁊ aliquid per Anto.de bu.in c.i.⁊ in.c.inter dilectos.de fi.instr.⁊ per archi.xij.q.ij.cuʒ redēptor.⁊ cōis opi.est illa quam tʒ hic bar.lʒ ray.in.d.l. optimam
5 tenuerit ɔtrīū p illū tex.cui facile est respondere. ¶ Limitat tñ predicta Guil.de cu.in.l.comparationes.C.de fi.instr.nisi ex serie facti appareret de loco.q tunc non requirit expressio loci.vt qñ fit scriptura de solutione pecūie facta thesaurario:q tūc nō requirit q exprimat locus.s.in thesauraria:⁊ ita dicit se intelligere.l.i.C.de apo.pu.li.x.vbi nō videtur requiri locus : ⁊ idem in actis iudiciariis in quib⁹ dicitur apparere ex serie actorum de loco.vbi cōparuit litigator seu vbi iudex litigauit: quod est diligenter notandū. ¶ Bal.etiam in.d.l.comparationes dicit.q ſm Guil.de cu.ibi si potest apparere de loco.vt q ɔsuetum est illum actum fieri in certo loco.⁊ non alibi puta i thesauraria non requiritur q exprimatur locus.per.d.l.i. remittit tñ Bal.ad no.p se i rubrica.C.d fi.istr.vbi d h nihil dicit.ant.d bu.in.d.c.i.fatetur q si ex serie istrumenti appareat de loco non requiritur locus loci per.d.l.i. Pro hoc facit quod no. Joā.an.in.c.abbate.de re iudi.li.vj.vbi dicit q in litteris papalibus videt q non apponat locus loci:vt patet in proemio cle.in fi.⁊ in dicto.c.cum redemptor.⁊ hoc dicit esse de stilo curie allegat Jo.an.q in litteris papalibus tacite loc⁹ particularis includitur.s.in quo Romani pontifices more maiorum sedere consueuerunt. facit ſm eum quod habetur in.l.pe.in fi.ff.de iusti. ⁊ iu.⁊ ita ēt tʒ Do.de sancto georgio.in.d.c.abbate.§.fi. Pro h facit ſm eum:q papa ē psona que nō discurrit p loca particularia ciuitatis:sed semper hʒ
6 in ciuitate locū pticularē deputatū. ¶ Sed aduerte q contra illud dictū Gui.de cu.⁊ sequatiū videt facere id qd voluit barto.hic dum querit an debeat apponi locus loci particularis.puta actū in tali palatio vel sala eiusdē:⁊ concludit q si actus ille non poterat geri vniformiter in toto palatio vt sunt act⁹ iudiciarij qui dñt fieri ad banchum iuris iuxta.l. cū sniam.in fi.cum ibi no.C.de sentē.⁊ no.in.l.iiij.i fi.ff.de inter.actio.reqrit q exprimatur locus loci particularis.ar.hui⁹.§.⁊ ideʒ tʒ Pau.de ca.⁊ ēt Bal.in.d.l.ɔtractus.ecce ergo q lʒ acta iudicij debeant explicari apud tribunal put consuetū est.vt no. in.d.l.iij.tñ requiritur q exprimatur locus tribunalis: ⁊ ita tenēdo possit rñderi ad.d.l.i.de apo. pub .q ibi loquitur de scriptura priuata in qua nō requirit expressio loci.vt dicā.i.sed questio nostra pcedit in scriptura publica.⁊ ad tex.in.d.c.cum redemptor: ⁊ in dicto pemio cle.posset rñderi q aliud sit in litteris apostolicis in quibus ita se habet stilus qui est attendendus:ut in.c.q graui.de cri.fal.⁊ ideo ces
7 sante stilo aliud esset:vt patet in data sexti li. ¶ Nō omitto tñ q instrumentum in quo esset defectus loci vel similiū solēnitatuʒ faceret saltem solēnem probationem si notarius esset mortuus.ita singulariter voluit bar.in.l.admonendi.de iureiur.circa.x. col.
8 ⁊ anto.de bu.in.c.fi.de iureiu. ¶ Utrum aūt sit veruʒ q in puata scriptura nō requirat locus loci:nec ēt loc⁹ alibi vbi est celebrata.tetigit ibi Ro.⁊ dicit q nō per.l.i.de apo.pub.vbi apponūtur que requruntur i scriptura priuata facta per camerariū cōis:⁊ tñ
9 nō apponit locus. ¶ In ɔtrium dicit eē casuʒ singularē.i.q.vij.c.cordis oculus.vbi in scriptura illi⁹ epi facta est appositio loci.⁊ ita residet ipe.Sed dic q Jo.an.⁊ moderni.in.d.c.abbate.tenent q nō requiratur expressio alicuius loci i scriptura puata q regulariter i tali scriptura ad validitatē ei⁹ ɔ scribētē nō reqrit dies[c] neqʒ ɔsul aut similes solēnitates reqsite i istrumētis publicis.l.cū tabernā.§.pe.ff.d pigno. Et ita ēt q i scriptura priuata nō requirant talia.s.dies locus ⁊ similia.tʒ Jo.fa.in.d.§.itē verbor.⁊ Inno.in.c.inter dilectos.vbi soluʒ ad hoc allegat.d.l.cū tabernā. Idem etiam videtur velle Anto.de butri.in.c.ij.i.ij.col.de fi.instrumen. Ange.in.§.illud.i auc.qui.mo.na.effi.leg.dicit q ibi in.§.quantum.ponitur vnus casus in quo in priuata scriptura requiritur q apponatur dies consul anni imperij ⁊ locus sicut in instrumentis publicis : ⁊ sic ex illum casum hoc specialiter requirentem in scriptura puata facta ad pbationē matrimōij talia nō requiruntur.de hoc dicit ipse esse recurrendum ad no.per Ja.de bu.in.d.l.cū tabernā.tñ Ja. bu. nihil tangit de loco.vel ſm Bal.in pemio.C.in.§.qbus tex.in.d.§.qtum.in auc.q.mo.na.effi. legi. nō loquitur in scriptura puata:sʒ scriptura sacerdotis q subscripta tribus testib⁹ quo ad pbandū ɔtū matrimonij ⁊ dotis reputatur auc.vt ibi ⁊ non alibi ſm eū.⁊ ita puto tenendū q nō requirat locus in p

a ¶ Cōsciētie an cōmissa cōscientie alicuius possint ipugnari vide p ro.cō.xxvij ⁊ ɔsi.cclxj. ⁊ ɔsi.ccccliiij.

b ¶ Loc⁹ loci.dñi de ro.decis.dcclxxj. i antiqs tenēt q sic i ɔctib⁹ icipit decisio tabellio.sʒ in lris acceptatiōis bñficij si est necesse apponere locuʒ loci sed bñ locū vt ibi concludūt pfati dñi.⁊ q non valeat ɔsuetudo q si apponat i instris loc⁹ nec dies volūt dñi de ro.decis.suis de cōsue.i antiquis decis.ccccxl. icipiēte vtr valeat cōsuetudo. ⁊ q locus loci sit ponēdus i istro nisi locs loc⁹ itelligat specificat⁹ p ea q cōsueuerūt cōiter fieri voluit bal.cōsi. ccxxj. ij. li.ang.ɔ.ccxx q tñ valeat cōsuetudo q locus nō apponat voluit bal.cōsi.lxiij. v.li.vbi cōsuluit sup statuto tortōc quo dispōit q soli notario credatur absqʒ loco ⁊ testib⁹ corroborat p ea q uoluit oldra.cō.cv. ⁊ q uoluit abb.cōsi.vij. ubi dic aucte bal. q oē inductū iure positiuo pōt cōsuetudine tolli. q ipe limitat si sit rōnabilis.

c ¶ Dies.de hoc p eundeʒ alex.cōsi.ccxxxj.iiij.li.

uata scriptura. ¶ Nec ob. tex. in. d. c. quotiēs q: ibi nō dr̄ q locus sit de solēnitate scripture p̄uate: sed refert ibi tex. q i illa scriptura epi fuit appositus locus. vñ ēt ibi fuit apposita dies: ꝛ ɔsul. tñ talia non sunt necessaria in p̄uata scriptura s̄m magis cōes cō

10 clusiōes in. d. l. cū tabernā. ¶ Tetigit ēt ro. hic an valeat ɔsuetudo q in istr̄o nō apponatur loc⁹. ꝛ dicit q sibi vr̄ q sic. arg. c. cū dilectus. de fi. instr. vbi allegat gl. in auc. vt prepo. no. ip̄e. i ver. auctore. tā dē subdit q do. de ro. decisione. ccclviiij. tenēt ɔ̄riū q appositio loci sit vnū de s̄balib⁹ instr̄i. d. c. abbate. ꝛ ibi p gl. in ver. cēseret. c. qm̄ cōtra. de pba. sed ɔsuetudo nō pōt disponere ɔ̄ subalia ipsius actus: vt no. gl. singularis in. c. nō putamus. de ɔsue. li. vi.

11 ¶ Secūdo adducūt q nō valet ɔsuetudo p quam daī occasio delinquēdi. c. fi. de ɔsue. c. iij. eo. ti. li. vi s; ista ē hmōi. q: apponit locus vt facilius falsitas reperiat. d. l. optimā. ergo ꝛc. ꝛ ita resider ro. hic. ¶ Adde q idē ro. in. l. i illa stipulatiōe. in. xj. col. ō ver. obli. t; istud idē. ꝛ ibi refert q dñi de rota in dicta decisione ita volunt in ɔsuetudine disponēte q v; instr̄m in quo nō ē tp̄s appositū. ego in meis decisionibus rote nō habeo dcām decisionē nec puto illā opi. esse veram vñ videm⁹ q Ja. de are. ꝛ Cy. i. dicta. l. optimam. ꝛ lapus ꝛ moderni in. d. c. abbate. tenent q circa appositionē loci d; seruari ɔsuetudo. ꝛ ita ēt expresse t; Jo. fa. in. d. §. itē verbo᷑. vbi dicit q l; reqratur q in instrumentis apponat loc⁹ tp̄s ꝛ nomē imperatoris. ꝛ alia que nūerant in auc. vt prepo. no. impe. tamē fallit vbi cōsuetudo aliter se hēret p id qd̄ hr̄ in. §. fi q̄ ℣o. i auc. vt ppo. no.

12 imp. ¶ Pro hoc facit: q: in scriptura q̄ non est publica: ꝛ auctētica nō reqrit q apponant talia: vt dixi. s̄. tñ ɔsuetudo pōt facere q scriptura p̄uata valeat tanq instr̄m publicu;: vt in. d. c. cum dilectus:

13 ¶ Pro h ēt facit id qd̄ no. ibi Inno. ꝛ host. vbi volunt. q licet de solēnitate instrumenti sit q notari⁹ subscribat nomina testiū: vt p glo. in. l. generali. C. de tabula. li. x. ꝛ p glo. in. l. in donationibus. C. de dona. tñ s̄m eū valebit ɔsuetudo ɔ̄rium disponens. ¶ Ista opi. ēt videt de mente bar. in. d. l. generali. vbi glo. inter alia solēnia instr̄i enumerat locū ꝛ tm̄ bar. ibi dicit in predictis seruandā esse ɔsuetudinē. ¶ Et ad allegata in ɔ̄rium pōt rñderi q nullibi dr̄ q locus tp̄s ꝛ similia sint de suba instrumenti: sed bñ dicuntur esse de solēnitatib⁹ instrumenti: vt no. bar. in. l. si qs lega. ij. de fal. ꝛ expressius bal. in. l. i. i. §. i. circa pn̄. s̄. de edē. ꝛ in. l. si post. C. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ aliud ē solēnitatis ꝛ alia sube vt no. Inno. in. c. qd̄ sicut. in gl. magna de elec. ꝛ declarat Bal. in. l. ēt in. prima col. C. de exec. re. iud. ꝛ in repetitione. l. i. in. iij. col. de sa. san. eccl. ¶ Vñ ɔsuetudo nō posset facere q illud qd̄ nō instrueret esset instrumētū: q: suba instrumēti vr̄ cōsistere in eo. s. q: instruit. l. i. s̄. de fi. instru. sed bñ potest facere q instr̄m nō solēne habeat p solēni. ¶ Nō ob. q daret materiā delinquēdi: q: negat cū ɔsuetudo nō dirigat ad illud. nā ꝛ scriptura p̄uata sine loco pōt esse valida. vt. d. l. i. ij. de apo. pu. ꝛ dixi. s̄. ergo p hoc nō dr̄ da

14 ri materia delinquēdi. ¶ Et ad ea q̄ tāgit h Bar. dū tractat an reqrat expressio loci pticularis vt camera. Ultra p̄dicta adde no. p Spe. in ti. ō accusa. in pn̄. in quarta parte. p Bar. i. l. pe. s̄. de isti. ꝛ sub sti. sub ɔdi. fac. ꝛ in. l. libello᷑. circa pn̄. de accusa.

15 ¶ Itē inducit p Bar. hic ad. q. an pcedat libellus in quo dico me petere oēs res[a] qs possides in tali loco. de quo vide p Spe. in ti. de act. ꝛ peti. §. i. ℣. qd si peto. ꝛ p Bar. ꝛ alios in. l. ticia cū testō. §. i. s̄. de le. ij. p bar. in. l. edita. in. xxi. col. C. de edē. in repetitione paduana p cano. in. c. ij. de lib. obla. ꝛ in. c. certificari. de sepul. ꝛ p ang. i. l. i. in pn̄. s̄. de edē. cū

a ¶ Oēs res. adde eundē alex. cō. lxxxij.

cōco᷑. de quib⁹ ibi scripsi. ꝛ facit ad ea que signāter no. bar. in. l. iij. §. armēta. s̄. de rei ven. ꝛ per ang. in. l. fi i rē. ad fi. ti. Alex.

1 **Si pluribus.** Ad pluralitatē loco᷑ vbi fit nouu; opus reqrit pluralitas nūciationū ꝛ ad pluralitatē nūciationū reqrit pluralitas remissionū. h. d.

2 ¶ Querit hic bar. post antiquos p declaratiōe tex. qd si pluribus locis cuiusdā fūdi edificat. an sufficiat vna nūciatio ꝛ pōit duas opi. teneas illā p ℣a. s. q vna sufficit, put ēt vr̄ ipse tenere p quo facit q: simplr̄ nūciādo vr̄ nūciare ne qd fiat i tota re. vt s̄. pxīo. §. Et dicit ang. q si pp lōgitudinē ꝛ spacij distātiā nō posset nūciatio exaudiri ab oīb⁹ operarijs q tūc quantūcūq; loca sint cognita nō sufficit vna nūciatio exēplū pōit in domino paduano q fecit fieri fossa; lōgitudinis octo miliario᷑. ¶ Sed istud dictū Ang. nō vr̄ lege pbari. imo vr̄ eē ɔ̄ tex. s̄. e. l. §. nunciare. ℣. suffic. vbi app; nō eē necesse q nūciatio deueiat ad noticiā oīu; opantiū: s; satis est q talr̄ fcā sit q possit deuenire ad

3 noticiā dñi vt ē de mēte ro. h. ¶ In gl. in ℣. rēissiōes cōis ē cōclusio q in legato ānuo nō sufficit vna pscriptio. xxx. āno᷑ ad excludēdū legatariū p toto tp̄e. s; i pmissiōe ānua fuerūt opi. qs Bar. hic refert. ꝛ ipse ɔcludit vnā pscriptionē sufficere p toto tp̄e. vt h p eū. ¶ Adde pmo q ɔclusio cōis i legatis ē limitāda put no. elegāter p bal. quē vide in. l. i. in vl. col. C. de sen. q̄

4 si. cer. quā. ꝛ i. c. si iter pes. §. i. ō le. co᷑a. ¶ Scdo addo q i pmissiōe ānua cū opi. bar. ɔcordat io. an. i. c. auditis. ō pscri. Idē ēt t; ibi do. ab. q p h adducit tex. i. c. de qrta. e. ti. vbi suffic vna pscriptio. xl. āno᷑ ad excludēdū ecclīam toto tp̄e a iure petēdi qrtā decima᷑ ɔpetētē ecclie epali ɔ̄ rectores inferiores eccliā᷑. iuxta. c. cōqrēte. de of. o᷑. q̄uis ille decie eēnt soluēde singulis ānis. Idē t; Ja. bu. ꝛ ang. i. l. cū notissimi. §. i his. C. de pscrip. xxx. āno. sequētes opi. gl. ibi. Idē t; Ang. in. l. stichū. §. stipulatio. de ℣. ob. ꝛ limita vt ibi p eū. ¶ S; Jac. de are. Pe. Cy. ꝛ Ray. ꝛ cōiter alij antiq in. d. l. cū notissimi. ꝛ ēt Sal. ꝛ ful. ibi: ꝛ Ant. de bu. in repetitiōe. c. puenit de censi. tenēt ɔ̄riū. s. q non sufficiat vna pscriptio i pmissiōe ānua p tex. in. §. in his. i ℣. initio cuiuslib; āni. ad quē difficilis ē rñsio. ¶ Mouet ēt: q: dcā pmissio sine dubio ē fcā i diē. l. eū q ita. el. i. de ℣. ob. ergo ante diē nō pōt incipi pscriptio. d. l. cū notissimi. §. illud. ¶ Nec ob. s̄m eos q possu; ab initio agere p toto tp̄e vt. l. i. C. de fideicō. ꝛ no. gl. ꝛ doc. in. l. nō queadmodū. s̄. de iudi. ꝛ pōit bar. hic q: psupposito q istō eēt ve᷑. tñ rñderi pōt duplr̄. vt colligit ex dictis eo᷑. Pri̇o q: q̄uis possi; agere vt ɔdēnet re⁹ ad dādū mihi i futu᷑ singlīs ānis. tñ ñ possū ageī vt ɔdēnet ō p̄nti ad dādū p futuro tp̄e cū nōdū venerit dies ut oēs fateī. ergo dato q eēt prescriptū iuri petēdi ɔdēnari reū ad soluēdū de p̄nti postq decursu; ē tp̄s: q: istud tale ius añ nō ɔpetit mihi. ergo i eo fuit negligētia. Scdo rñdet q illa facultas petēdi te ɔdēnari ad dādū in futu᷑ p futuris ānis ē iducta solū i fauorē ipsi⁹ actoris ne cogat singulis ānis de iure suo expiri ꝛ agere. arg. l. male agit. C. de pscri. xxx. an. ergo si acto᷑ nō ē vsus ea facultate ñ d; ascribi negligētie. fac. l. q fauore. C. de leg. ¶ Et si velles teneī istā opi. posses rñdere ad. c. de qrta. q ibi nō qrit ō pscribēdo actioni psōali ɔpetēti ex pmissiōe ānua i q̄ pprie loqt tex. in. d. §. in his i q̄ actiōe psonali nō cadit qsi pos. s; loqtur tex. in. d. c. ō qrta in quodā iure psōali debito ecclie epali tāq psōe ficte. vt ibi dicūt doc. in quo iure cadit qsi pos. c. ad aures. cū silib⁹. e. ti. ꝛ

5 tale ius nō erat collatū in diē. ¶ Vñ fateo᷑ q tūc sufficit vna pscriptio sic. n. videm⁹ i iure vsufruct⁹ i quo sufficit vna pscriptio l. fi. i fi. C. de pscri. lōg. tē. ꝛ. l. corruptionē. ꝛ ibi no. C. ō vsufru. q̄uis cōmoditas pcipiēda ex vsufru. vel alia seruitute sit reiterabilis. ꝛ pcipiat singulis ānis. Et idē i iure exercēdi iurisditionē vel colligēdi vectigalia: vt declarat Bar. i. l. iusto. §. nō mutat. ī

6 de vsuc. nā talia iura in se nō cēsent ānua: nec i diē collata. Sic ēt videm⁹ q aliud ē dicere pmitto tibi singulis ānis fruct⁹ huius fūdi. aliud ē dicere ɔcedo tibi vsufructū hui⁹ fūdi: q: h scdo casu habeo ius psonale vsufruct⁹ sec⁹ in pmo casu i quo hēo tm̄ actionē ad fruct⁹ singlīs annis. l. fundi trebatiani. ꝛ ibi per barto. s̄. de usufru. leg. ¶ Putāt tamen Pe. ꝛ Ja. de are. ꝛ Cy. i. d. §. i his. q p cessationē centū āno᷑ oē ius sit sublatū i pmissiōe ānua. ar. l. si vsufruct⁹ mūicipib⁹. s̄. ō vsufr. le. ꝛ. l. an vsufruct⁹. s̄. de vsufru. certe negari ñ pt passū istū satis dubiū. tñ citi⁹ putarē teneī opi. gl. bar. ꝛ seq. i. d. §. i his. q̄ opi. optīe pbari vr̄

in.l.si vsufruct⁹ alternis.§.qui.mo.vsufruc.amit.vbi dicit tex.q̄ si legatus est vsufructus ānu⁹ nō pōt amitti nō petendo^a.q: plura sūt legata.ergo vbi vnū eēt legatū bñ p̄scriberet.⁊ ideo qñ ꝯcedo seu lego tibi vsufructū.seu lego ñ adiectis singulis ānis p̄scriptio lōgi tp̄is sufficit.d.l.corruptionē.⁊.l.si.⁊.d.c.ō quarta.q: censetur esse vnū ius tm̄ ⁊ vna dispositio.sed ita est q̄ vna ꝓmissio annua non dr̄ esse multiplex.⁊ vnā tm̄ producit actiōes ⁊ obligatōes.d.l.si stichū.§.stipulatio.⁊ ibi plene no.de v̄.ob. ergo vna debet sufficere p̄scriptio ⁊ sufficere d3 q̄ sim negligēs nō petendo prout potui pro futuro tp̄e.q: negligentia causata circa ius ⁊ actionē de p̄nti nocet quo ad exactiones que fieri poterit futuris tp̄ib⁹.vt p3 in.d.c.de quarta.⁊ in comoditate ꝑcipienda ex vsufru.ut dixi. Et ad.§.in his.rñde q̄ rescriptū non incipit ab initio obligationis ꝯtracte.sed ab initio cuiusq3 anni quo debitor cepit cessare ⁊ creditor agere potuit.sed ī ꝓmissiōe annua pōt peti pro futuro tp̄e.ergo q̄ꝓmū debitor cepit cessar̄

7 currit p̄scriptio.¶ Item inducit̄ per Bar.ad.q.an bānitus vl̄ excōicat⁹ pluribus bānis vel excōicationibus ut perfecte sit absolutus debeat totiens absolui quotiēs bānitus vel excōicat⁹ ē. an v̄o sufficiat vna absolutio saltem generalis.dic ut h̄ p eū.cui adde no.per cy.⁊ Bal.i.l.si.C.de nup.⁊ i.l.ij.C.ut ifra cer.tē. cri.ac.termi.⁊ ibi p Ang.⁊ p Dy.in.l.i.§.si.per illum tex.j̄.ad turpi.⁊ ibi Bar.se remittit ad h̄ no.per se.p Pe.de anch.ī cle. grauis post ātiquos.de sen.ex.vbi per oīa sequit̄ bar.h̄ de quo

8 ēt per doc.in.c.ex ꝑte.post gl.ibi de offi.or.¶ Itē inq̄tū bart. dixit q̄ vna generalis absolutio bānoꝝ concessa alicui p princi pem ex grā sufficit ⁊ trahitur ad oīa banna.¶ Adde q̄ h̄ limitat ro.hic dicens q̄ nō trahetur ad bānū datum ex crimīe falsi. p.l.lucius ⁊ q̄ ibi no.j̄.ad turpi.¶ S3 ista limitatio nō vr̄ vera q: qñ indulgētia ex gratia ꝯcedit̄ a p̄ncipe alicui generaliter illa trahitur ēt ad crimē falsi.l.si docueris.⁊ ibi no.cū glo. C.ō fal. ⁊ hoc qñ ex certa sciētia fit.vt ibi no.⁊ in dubio talis indulgētia ñ dico obligatio p̄sumit̄ ꝯcessa ⁊ ex certa sciētia vt dixit h̄ bar.⁊ d.l.si.C.ō gene.abol.merito extiguit penā.vt ibi.⁊ i.d.l.si docueris.sec⁹ est qñ ꝯcedit̄ abolitio actionū ꝑpter res prospere gestas ut p p victoriam hostiū vel aliā letitiā.nā tunc nō extinguit̄ crimē sed tm̄ illud iudiciū seu instantia.iō ifra.xxx.dies finita letitia poterit iter̄ accusari.l.si interueniente.⁊ ibi no.j̄.ad turpi.

9 ⁊ ita loquit̄ dicta.l.lucius.¶ Dicit ēt ro.q̄ scōo limitari d3 doctrina bar.q̄ nō trahitur talis abolitio generalis ad dānū latus ꝑ crimīe lese maiestatis. Mouet̄ per id qō voluit Ange.in sua disputatōe incipiente.exorta guerra.cuius dictum refert ⁊ seq̄t ro.in.l.si quis in graui.§.is quoq3.ō. ad sille.volentes q̄ statutū concedens generaliter abolitionē his qui deliquerūt nō intelligatur de deliquētibus in crimīe lese maiestatis.¶ Sed pari rōne nō vr̄ ista limitatio ad casū nostrū ꝑcedere.q: ēt videmus q̄ statutū generaliter loquēs de carceratis oībus relaxandis nō trahat̄ ad carceratū pro crimīe falsi^b vt voluit no.Bart.in.d.l. lucius.per illū tex.⁊ Pe.de ancha.in repetitōe.c.canonū statuta de ꝯsti.in ver.sed alibi q̄rit Bar.⁊c.⁊ tñ indulgentia cōcessa a principe vni qñ fit certe p̄sone p̄sumit̄ ex certa sciētia facta.vt h̄ p bar.⁊ ꝑpterea trahit̄ ad crimē falsi.vt.d.l.si docueris ergo p3 q̄ nō ꝑcedit dictū ar.¶ Pro quo ēt facit.q: nō loquimur i beneficijs ⁊ gratijs in qb⁹ latissima fit interpretatio.l.si.ō.de cōsti.p̄n.c.cū dilecti.de dōa.S3 ang.loq̄tur i statuto qō est stricti iuris ⁊ stricte interp̄etat̄.l.qcquid astringēde.⁊ ibi no.Bar.de verborum obliga.⁊.l.constitutiōibus.cū ibi notatis per Bart.

10 j̄.ad munici.¶ Faciūt ēt predicta vtrū si qs ē bānitus pro vno bāno ⁊ descriptus est in plurib⁹ libris bannitoꝝ suifficiat vna cācellatio⁹ de quo vide p ang.in.l.pluribus.ō.de his q̄ in testa.ō len.vbi per illū tex.t3 q̄ nō qō limitat ibi imo.nisi in cācellatiōe esset exp̄ssa cā q̄ pariter respiceret oēs libros.q: cā cācellatōis d3 attendi.l.ij.C.eo.ti. Et mouetur ēt p notata ꝯ Bar.in.d.l.pluribus.Addo q̄ ēt voluit Bal.in.l.nostrā.in.iij.col.C.de testa. ¶ Itē inquātū bar.h̄ facit drīa3 īter generalē remissionem q̄ fit ex cā trāsactiōis.⁊ illā q̄ fit p viā simplicis pacti.q: prima trahitur ad ea tm̄ de qb⁹ erat lis.sec⁹ in scōa.⁊ istud approbat imo.h̄ dicens q̄ Bar.in.l.si de certa.C.de transac.improbat istā dcīsionē ⁊ nō bñ sm̄ eū.dicas de h̄ ut satis late scripsi in.d.l.si ō cer-

11 ta.C.de transac.¶ Querit ēt vltimo hic Bar.an bannitus pluribus bānis possit ab vno tm̄modo absolui.inter cetera dicit q̄

si quidē bannum qō remanebat erat tale qō faciebat eum ꝑdere iura ciuitatis seu māere hostē ciuitatis sue sm̄ no.p eū in.l.amissione.§.qui deficiūt.ō.de ca.di. cum similibus.tunc non potest cadere absolutio ab vno bāno.Ang.hic cōtrariū tenet volens vnū bānu3 posse tolli ⁊ sm̄ eum resultaret effectus.quia si bānit⁹ deduceret̄ in fortiā cōis nō posset fieri executio illius bāni.⁊ idē t3 h̄ ro.ne sub vmbra pretoris decipiat̄ absolutus.argu.l.i.C.de his q̄ ve.eta.impe.⁊ quia sicut bāna p̄nt separatī fieri.ita debēt separatī posse tolli. ar.l.ꝑut qsq3.j̄.de so.S3 veriorē puto opi.bar.sic.n. videm⁹ i eo qui plures h3 excōicatiōes:nā l3 fuerit absolutus ab vna:ut no.glo.in.c.officij.⁊ i.c.cū pro cā. de sen.ex.iij.q.iiij.c. engeltrudā.¶ Nō ob.ar.Ang. q: Bar.itelligit cōclusionē suā qñ propter bānū q̄ superat bānitus poterat tanq̄ hostis ciuitatis ipune offendi.⁊ p ꝯñs occidi a quocūq3 nedū a iudice.c.si.ō homici.li.vi.⁊ no.bar.in.l.iii.§.si.in si.ō.de adi. leg.iunctis no.per eū i.d.§.q deficiūt.Argumēta adducta p ro.fragilia sunt.⁊ solutio p3 ex his q̄ no.p gl.

12 in.d.c.officij.cū similib⁹.¶ Quid aūt si sit excōicat⁹ vel bannitus a iudice vno instāti ⁊ simul pro plurib⁹ causis an dicant̄ esse tot excommunicationes ⁊ bāna quot cāe.⁊ p ꝯñs p̄res excōicatiōes sint necessarie.vide per glo.⁊ doc.in cle.i.in.v̄.subiacere.de sepul.faciunt q̄ no.ang.i.l.scire debemus.in p̄n.de v̄bo.obl. Et de qōne tacta p docto.⁊ per glo.in.d.l.cū notissimi.§.in his de qua dixi.ō.vide Spec.in ti.de locato §.nūc aliqua.ver.xli.vbi tamē nihil firmare videtur.

1 ¶ **Si is cui.** Si p̄stita ē satisdatio vel repromissio de demoliendo vel oblata ⁊ sine iusta causa non est recepta censet̄ nūciatio ipso iure remissa nec expedit iudicē adiri pro tali remissiōe

2 babenda.h.d.¶ No.hic videri casum no.sm̄ Ang. q̄ ille q̄ tenet̄ satisdare vt penā euitet vel premiū cōsequat̄ si offerat fideiussorem ⁊ dicat se paratu3 satisdare ꝯuis ille qui debet recipere nihil dicat vel etiam cōtradicat.non est necesse q̄ debens satisdare ꝑmittat cum fideiussore notario vel alteri recipiēti pro illo cui debet satisdari.⁊ dicit fuisse de facto.⁊ q̄ fuit ardua qō.⁊ facit sm̄ eum tex.in.l.pretor.§.hoc autem inter dictum .⁊ quod ibi glo.in ver.adijcit̄.j̄.eo.⁊ cū hoc dicto trauseūt simpliciter moderni hic.¶ Adde bar. in.d.l.pretor.§.quis parat⁹.⁊ in.l.si quis fideiussor. in p̄in.ō.qui satisda.cogan.⁊ ibi hoc limitat nisi ille cui fideiussor offertur opponeret q̄ fideiussor nō est idoneus facultatibus vel q̄ fideiussor habet priuile-

3 gium declinandi foꝝ vt ibi p eū.¶ Et quid si ille cui oblata eēt satisdatio postq̄ est oblata peniteat eum ⁊ ea3 petit sibi p̄stari.an teneat̄ eam p̄stare ille q ea3 p̄mo obtulit.dic q̄ pendet ab his que habent̄ i.l.cū qdam cū ibi no.p Bar.C.de cōdi.inser.qō reassum-

4 psit Pau.de ca.hic.¶ In glo.in ver.veniendi. habes ex hac gl.magistra.an ⁊ qñ pro remedijs iductis a iure p̄etorio sit necesse adire p̄etorē.ut hic plenius p Bar.de quo etiā vide Bal.in.c.vasallus feudū.si de feu.fue.ꝯtro.vbi allegat istā gl.¶ Itē circa limitationē Ja.de are.quā allegat Bar.hic ad istū tex.quā refert hic barto.Adde bar.in.l. stipulatio .in princi-

5 pio.j̄. eo. ¶ Itē bene no.inq̄tū Bart .hic voluit q̄ sñia absolutoria lata sup deducto i modū cāe non h3 obstare in alio iudicio ad aliū finē agitato in quo p̄ncipaliter deducat̄ illud qō i priori iudicio fuerat deductū per modum cause per.l.sciendū.j̄.e.ut si nūciasti mihi ne edificē nouū opus p quod asseris me ipedire ius seruitutis tibi debite ⁊ ego in iudicio ꝯpareo ⁊ peto remitti nūciatōe3:allegās ca3.s.q: tibi nulla seruit⁹ debet̄ in eo.loco.⁊ succūbā i hoc iudicio possum postea agere negatoria ⁊ petere dclarari tibi p̄ncipaliter suitutē nō ꝯpetere.⁊ nō obstabit mihi prior sententia.

6 ¶ Itē eꝯ si nuncians cepit agere ⁊ petit dclarari sua3

a ¶ Non petēdo.pro hoc q̄ voluit abb. ꝯsi.ci.⁊ qualr̄ legatū intelligatur annum vide p lu. ro. singu.suis fo. viij.⁊ ibi quā do legatū vestis hiemalis legate singulo anno peti debeat ⁊ an iudex possit ꝯdēnare ad decimas futuras vide ro.ꝯsil. cxxvi.⁊ no.q̄ ubi ē i potesta te dbitoris facere q̄ actio oriat̄ licet nō sit orta currit p̄scriptio p ea que voluit pau.de ca.cōsilio.cclxxxiij.

b ¶ Falsi.adde q̄ bal.cōsi. cclv.iij.li.cōsuluit q̄ absolutio principis fcā motu pro prio bannitis trahit̄ ad carceratos ⁊ facit q̄ voluit ioā. an.in addi.ad spec.i ti.de solu.i rubri.q̄ si fiat statutū q̄ banniti redire possint soluēdo .x.q̄ carcerati debeāt vti būficio dicti statuti fauore liberationis.licet carcerati v̄e redire nō possint.

c ¶ Cancellatio adde eundem alex.cōsi. lxv.iij.libro.

10 tum est ratio dicti. §. subtilius. ¶ Item q2 sententia in reali actione. vt rei vendi. est de sui natura declaratoria cuius sit dominium. l. pomponius. §. sed ⁊ his ff. de procuratori. l. ⁊ ex diuerso. ff. de rei vendi. non debet inducere effectũ translatõis dñij de vno in alium. quia hoc nõ est declarare cuius sit dñiũ. ¶ Et q2 disputatiue vtraqz opi. possit sustineri. tamen ne vos inuoluam opinionibus dico tenendaz opi. quã glo. ⁊ que pmo loco allegate fuerũt. ⁊ pbaẽ p. ff. allega. ¶ Ad. §. subtilius. pz rñsio supra dicta ꝙ ibi nõ loqẽ qñ restituit rẽ auctoritate sñie hic sic. ¶ Nõ obstat ꝙ sñia in reali sit declaratoria ⁊c. qñ rñdetur ꝙ ↄrium ondunt iura alleg. p pma opi. videlicet. l. statuliberi cum. l. seq. ¶ Secundo sufficit ferri sententiam declaratoriam in actione psonali vt declaro te debere stichũ l. qd tñ. §. si arbiter. ff. de arbi: ⁊ tamen hec sufficit ⁊ facit te esse obligatũ. ⁊ oriẽ actio ex ↄctu sñie. l. iij. §. idez scribit. ff. de pecul. vñ surgit noua obligatio ↄtu te sñie declaratorie quã cõem ↄclusionẽ limito vltra doc. in qbus cõiter h articulus tradiẽ pmo nõ habere locũ in sñia arbitri. ita Bal. in. l. fi. C. co. de leg. q p hoc allegat tex. in. c. Rainaldus de testa. sed mihi hoc nunꝙ visum est illuz tex. pbare q2 ibi nõ dicitur sñiam declaratoriam latam ab arbitro: ita inducere translationem dominij sicut si esset a iudice lata. imo videẽ idez dicendũ in sñia arbitri sicut in sñia iudicis cũ hodie ex sñia arbitri oriaẽ actio ⁊ pducit effectus quos sñia iudicis. l. cũ antea. C. de arbi. est verũ ꝙ p no. in. d. c. Ray. iunctis ibi notatis p Inno. probatur ꝙ nõ potest per sñiaz arbitri phiberi quis ne alienet. adeo ꝙ nõ obstante illa phibitione si vendat ⁊ tradat transferret dñium. ad hoc allegaẽ per Bar. in
11 l. filiusfami. §. diui. in vlti. col. ff. de lega. i. Scdo modo limita dictã ↄclusionẽ nõ habere locũ in sñia interlocutoria. qñ p illaz nõ induciẽ effectus trãslationis dñij ita bal. in. d. l. i. ad. fi. C. cõ. vtriusque iudi. p. l. a diuo pio. §. si sup. ver. sed sciẽdum. j. de re iudi. vbi dicit tex. facta fuit adiudicatio rei p executione sñie cõparet tertius pnũciaẽ p tertio qui dicit rẽ nõ esse debitoris sed suã. iudex in ista executiõe in qua pcediẽ summarie pnũciat rez nõ eẽ debitoris. dicit ibi tex. ꝙ hec sñia nõ facit piudicium in iudicio proprietatis quominus debitor possit postea comparere ⁊ dicere qd illa res est sua. Ro. hic nõ facit mentionem de dictis verbis Bald. ⁊ dicit ꝙ interlocutoria non est habilis ad transferendũ dñium sed bene vsucapiendi cõditionem allegat. d. l. a diuo pio. §. qd si sup. ver. si sic euenit. ⁊ lz ipse non dicat fuit opi. glo. in. d. l. iij. §. fi. in glo. magna. ff. de publicia. que tamen eam reprobat. ⁊ recte quia ver. si sic euenit. nõ probat vt patet in gl. in ver. si. reintegratis. que ponit duos intellectus. ⁊ fm vnum loqtur ibi quãdo pronunciabat rem esse creditoris. ⁊ sic loquiẽ in diffinitiua. vel fm alium loqtur de interrũpenda prescriptione quo casu nihil fa-
12 cit ad ppositũ. ¶ Tertia est limitatio vt pcedat cõclusio in sñiã cõdẽnatoria lata in fauorẽ actoris secus in sñia absolutoria lata in fauorẽ rei qñ talis sñia nõ facit reũ esse dñm actor agit rei vẽdicatiõe ↄ reũ reus dicit actorẽ nõ dñz. ⁊ se dñz ferẽ in fauorẽ rei vtꝝ reus sit dñs p illã sñiaz in tñ ꝙ si in veritate actor fuisset dñs dñiuz fuisset trãslatũ in reum. Dicit glo. ꝙ nõ. in. l. exceptio. j. de excep. rei iudica. ⁊ bar. ibi dicit hoc verũ qñ fuit lata simpliciter sñia absolutoria. sed fuit lata hoc modo absoluo te reũ q2 declaro te dñm. lz actor fuerit dñs in veritate. tñ hec sñia lata in fauorẽ rei transfert dominiũ in ipm reũ fz Bar. ibi p. l. si qs rez eo. ti. cũ ibi no. ⁊ tenet Ro. hic lz d Bar.
13 mẽtionẽ nõ faciat. ¶ Bar. tñ in hoc fuit sibi cõtrarius q2 in. l. ex hoc iure. circa scdam vel tertiã col. de iusti. ⁊ iur. q2 sepe dixi ꝙ bar. solum ibi scripsit sup. l. oẽs populi ꝙ ex stilo suo appareret ibi ⁊ dicit Imo. in. l. is qui reus. j. de pub. iudi. si Bar. fuit dicit ↄriũ. s. ꝙ sñia absolutoria lata in fauorẽ rei etiã si iudex declarat reũ dominũ nõ transfereẽ dominiũ in reũ est verũ ꝙ dicit ibi reus non petijt se declarari dñm. ⁊ videtur concordare Bal. in. d. l. i. C. cõ. vtriusque iudi. Sed melior puto pmam opini. bar. in. d. l. exceptio. ⁊ sequiẽ eam Imo. in. d. c. pposuit. de cõces. preben. p. d. l. si qs rem. ¶ Itẽ videẽ eadez rõ sicut in casu ↄrio p quo. l. sed ⁊ possessori. ad fi. pncipij. ff. de iureiuran. qñ reus iurat rez esse rei parit exceptionez reo. ⁊ etiã actiõem in factũ ↄ actorẽ. sic hic si lata est sñia absolutoria in fauorez rei per quaz declaratur reum dominum acqriẽ idem affectus sicut qñ
14 est lata sñia p actore declarando eũ dñm. ¶ Quod intelligo vez qñ iudex pnunciauit reum dñm. ⁊ hoc petitũ sit videlicet declarari dñm qm fm cões conclusiones ꝗuis reus non petat declarari se dñm. si tñ se dñm pbauit: põt iudex ferre sñiaz ⁊ declarare eum dominũ put no. p glo. in. l. circa. ff. de probatio. ⁊ Inno. in. c. ex ↄquestione. de resti. spol. lz hosti. ibi aliter dicat sed cõiter teneẽ dictũ Inno. p. d. l. sed si possessori. tangiẽ per Bal. in. l. fi. C. d fideicõ. lib. i. l. vnica. C. vti pos. dixi in. d. l. lz ⁊ si possessori. in pn. de iureiur. ⁊ ibi scripsi. ¶ Unde ↄclusiue teneo opi. Bar. verã in. d. l. exceptio reprobato eo qd dixit in. d.
15 l. ex hoc iure. ¶ Ex predictis dixit Bar. retenta opi. glo. cũ dicit qd opatur actoritas sententie ⁊c. apparet qd dicta sñia opatur istos effectus lata in rei vẽdicatiõe q2 si reus erat dñs transferẽ dominiũ in actorẽ. d. §. quintus. ¶ Itẽ opaẽ ꝙ si reus nõ erat dñs trãsferẽ vsucapiendi ↄditio vt hic fm istã lec. pbatã p
16 supradicta. ¶ Tertio operaẽ ꝙ ꝗuis iste actor nõ habeat cãz a reo tñ vtiẽ accessiõe pos. ipius rei. vt actor egit ↄ reũ: ⁊ dixit se acqsiuisse dominiũ titulo ẽptiõis ab alio. sed nõ pbauit dñiũ lz habuerit titulũ nec pbauit sibi dominiũ trãslatũ fuisse a reo. q2 reus nõ erat domin⁹. tamẽ sñia opaẽ qd tribuiẽ sibi vsucapiendi ↄditio si reus nõ fuit domin⁹. ⁊ hz accessionẽ ad pscriptionẽ p eo tpe quo reus habuit pos. ⁊ tamẽ actor a reo nõ possedit. lz alias si nõ habeo cãm a te restitutio nõ tribuit mihi accessionez ex psona tua. d. §. si liber. ⁊ isti sunt veri effectus. ¶ Irez opaẽ
17 fm quosdã vt h refert Bar. ꝙ etiã si victor habet malaz fidem pos. dicitur iusta quo ad eum vt possit prescribere. ⁊ hoc opaẽ sñia. l. ⁊ generaliter. ff. d noxa. egi ↄ te tanꝙ ↄtra dominũ serui noxaliter fuit mihi seruus adiudicatus p sñiam ⁊ ille nõ fuit dominus qd sciui: appellaẽ tñ iustus titulus ⁊ vsucapiã. ¶ Pari rõne ꝗuis pos. rei fuerit iniusta ⁊ vitiosa. põt tamẽ iũgi cũ mea iusta p. §. nostrũ. iũgendo. §. pcedẽ. itelligẽdo ꝙ ↄtinuatiue loquaẽ. qa ibi nõ iungebaẽ. hic dẽ ꝙ aliud est in sñia. istos duos effectus reprobauit Bar. p. l. q fundũ. §. q bona. j. p empto. vbi malafides ipedit accessionez. ⁊ vitiosa pos. ẽt si interueniat auctoritas sñie ut hic. ¶ Nec ob. d. l. ⁊ generaliter. q2 ibi ẽ speciale in cã noxali ꝙ ẽt si ille ↄ quẽ ferebaẽ sñia in cã noxali fuisset verus dñs: debuisset succũbuere sicut ille succubuit ⁊ tenebaẽ dare seruũ p noxa. vnde ibi opaẽ virtus sñie ⁊ satis videẽ habere bonã fidez cũ sciat vez dominũ ẽt oportuisset dedisse pro noxa. ⁊ ita cõcludit Bar. in. d. l. ⁊ generaliter. ⁊ plenius Bar. ⁊ docto. in. l. si finita. §. si de vectigallibus de dã. infec. ⁊ ibi di-
18 xi satis. ¶ Querit Bar. qd si intento publicianã ↄ te que datur ei qui habet causaz a non domino. ⁊ in veritate tu eras domin⁹ ⁊ obtinui qd nõ debui. l. pe. ff. de publi. vtruz dominiũ quod erat apud te transferatur in me per istam sententiam ⁊ dicit ꝙ glo. nostra sentit ꝙ sic. glo. hoc vult cum dicit ꝙ hic fuit actum publiciana cõtra te reum ⁊ ꝙ hoc casu possum vsucapere ⁊ uti

accessione pro tẽpore quo possedit.modo sic ex qua cã titulus habitus a dño trãsfert dñiũ:ex eadẽ cã si habit⁹ fuit ille titulus a nõ dño trãsfert vsucapiẽdi ꝯditionẽ.l.clauib⁹.mõ sic si gl.dicit ꝙ ille q egit publiciana lata snia in fauorẽ actoris obtineat ⁊ acqrat vsucapiẽdi ꝯditionẽ.vt ꝓbat̃ p tex.nr̃m ẽm ĩtellectuz ꝙ sic fuit actũ publiciana.seq̃t ꝙ si reus habuit ve⁊ dñium dz trãsferri ve⁊ dñiũz in victorẽ. hoc mõ gl. hic vult.alias in mille annis nõ põt extorqueri ex glo.℄Sed an sit verum videamus Bar.dicit putare glo.bene dixisse.tamẽ ꝯtra arg.qui egit publiciana non dicit se dñm immo dicit se non dñm.§.alie.insti.de acti.l.i.ẽ.de publicia.si nõ dicit se dominũ qũo potest transferri in eũ dominiũ per sniam cũ nõ dicat se dominũ.℄Dicit bar. sustineo glo.ꝙ trãsfert̃ dominiũ.⁊ ꝓbat p.l.statuliber a ceteris §.quintus.ẽ.alle.iuncta.l.⁊ non tm̃.ẽ.de pe.here.vbi qs egit petitione hereditatis q nõ fuit heres cõtra ve⁊ heredẽ qui erat dñs:actor non de necessitate dicit se dñm reruz hereditaria⁊ qꝛ cõpetit etiã petitio hereditatis ꝓ re que ad defũctuz rõne pos. vel alio iure ꝑtinebat.d.l.nõ tm̃.in ꝑnci.⁊ tamẽ in.d.§.quint⁹ vult ꝙ quatenus dñium spectabat ad defunctum:⁊ exinde ad ve⁊ heredẽ si fuit snia lata ꝯ veruz heredẽ:⁊ sit iniuste lata operatur virtus snie vt transferat̃ dominiũ hereditaria⁊ rerũ in eũ p quo lata est snia.⁊ tñ in iudicio petitionis hereditatis actor nõ dixit se dñm.℄Nõ ob.dicit bar.cũ dr̃ qui agit publiciana. nõ dicit se dñm qꝛ dicit nõ est ve⁊.qꝛ nõ negat se dñm alias si negaret se dñm:tunc eẽt in malafide.per cõsequẽs nõ daret̃ sibi publiciana.l.sꝫ ⁊ si res al̃s ĩcipit eũ q.§.fi.ẽ.de publi.℄Imo la hic ⁊ Ro.reprehẽdũt Bar.⁊ fuerũt eo⁊ rõnes bal.in.c.pastoralis ꝺ offi.ordi.vbi facit mentionẽ de ꝟbis Bar.hic videnť rõnes multũ vrgentes cõtra Bar.℄Mouent̃ ꝑncipaliter q agit publiciana videt̃ potius dicere se nõ dominũ.nec intendit se declarari dominũ sꝫ dicit se nõ dominũ.d.l.i. pro h gl.in.c. abbate sane.in glo.iij.de re iudi.li.vj.ergo agẽs publiciana nõ intendit se declarari dñm nec petit dominiũ.nec iudex vr̃ velle sibi assignare dominiũ qꝛ snia dz esse ꝯformis libello.vt.l.fund⁹ cõi diui.c.lꝫ hely.de symo.℄Pro h adduco glo.in.l.i.in gl. mag.in ꝟsi.a nõ domino.ẽ.de publicia.q dicit ꝙ agẽs publiciana vbi ꝓbauit se dominũ succumbit in publiciana. vnde nõ dicit se dñm.nec velle esse dñm.alias debuit intẽtare rei vendi. ℄Nec ob.d.l.statuliber a ceteris.§.qntus.qꝛ q agit petitione hr̃ditatis dicit se hr̃dez.⁊ sic dominũ hereditatis.institu.ꝺ heredũ quali.⁊ diffe.§.fin.l.itẽ mella.§.lege autẽ.ẽ.ad.l.aqui.et ꝯsequenter si defunctus erat dominus dicit se etiã dominũ nõ mirũ si in.d.§.quintus.dicit̃ ꝙ snia facit ꝙ transit dominiũ in putatiuũ heredẽ si dominiũ fuit apud defunctũ:⁊ exinde apõ verũ heredez.℄Non ob.ar.dũ dicit:si ille qui agit publiciana dñm se negaret ostenderet se habere malã fidez.qꝛ dico nõ requiritur ꝙ tẽpore quo agit habeat bonã fidẽ agens publiciana sꝫ sufficit ꝙ habeat bonã fidẽ a ꝑncipio tp̃e ꝯctus qñ tradit̃ sibi res.l.sed si res.alias incipit eũ q.§.pe.ẽ.de publiciana.℄Ni si diceres ẽm Bar.ꝙ ꝺ iure canonico nõ sufficit bona fides ab initio qꝺ de iure ciuili secus est.sed req̃rit̃ ꝙ omni tẽpore careat mala fide.c.fi.c.si diligenti de prescriptõ.⁊ in regula possessor.de re iur.li.vj.sicut ius ciuile est correctũ in prescriptiõe.qa
9 a pari procedunt publiciana ⁊ vsucapio seu ꝑscriptio.d.l.eũ q in ꝑn.de pub.qꝺ bar.hic videt̃ sentire.℄Sed vt dicit ipse idẽ Bar.in.l.eũ q.§.ꝑtor.de publicia.⁊ est cõis snia ꝙ iura canonica q quo ad malã fidẽ corrigũt ius ciuile quo ad vsucapionẽ ⁊ ꝑscriptionẽ nõ extẽdat̃ ad publicianã qꝛ vsucapio ⁊ ꝑscriptio tendit ad excludendũ dñz nõ sic in publiciana.d.l.pe.ꝺ publicia.vnde nõ requirit̃ toto tp̃e in publiciana bõa fides.qꝛ nõ est
10 ita odiosa ⁊ rigorosa.⁊ hec fuit etiã rõ tradita per Bal.in.d.c. pastoralis.ꝺ offi.ordi.℄Ex supra dictis ẽt habetis limitatiõez ad.d.l.clauibus.ẽ.de ꝯben.emp.que est ꝙ illa regula ꝓcedet̃ vt bene affirmatiue.vz ex qua cã habuit a dño trãsfert̃ dñium ex eadẽ habita a nõ dño transfert̃ vsucapiendi ꝯditio.sed non negatiue vz ex qua cã habita a dño nõ transfert̃ dominiũ ex eadẽ cã nõ trãsfert̃ vsucapiẽdi ꝯditio habita a nõ dño vt pꝫ in.d. l.ij.§.si a pupillo.⁊ in.§.si a furioso.ẽ.alle.⁊.d.l.si vir.⁊ est gl. in.l.eũ in ꝑn.ẽ.de publi.℄Sꝫ si diceres ibi est diuersa ratio tñ põt cõprobari per.l.de ꝑcio.ẽ.de publicia.iuncta.l. qꝺ vendidi.ẽ.ꝯbẽ.emp.vbi si tradita fuit res a nõ dño nõ soluto ꝑcio

nec habita fide de ꝑcio:dñium nõ trãsfert̃ in venditorẽ.sed sibi acqrit̃ publiciana.l.de ꝑcio.ẽ.ꝺ publi. sed si habitus fuit titulus a ꝟo dño titulus ẽptionis nõ interueniẽte ꝑcio nec habita fide de ꝑcio nõ trãsfert dominiũ.d.l.qꝺ vendidi.ẽ.ꝺ ꝯben.emp.§.vendite isti.ꝺ re.di.nõ semp ergo ꝓcedit.d.regula quã etiã vide limitatã p Ang.in.l.i.C.eo.⁊ alio mõ per Imol.in.l.i.§.hec q seruus.ẽ.eo.⁊ ibi dixi.⁊ p eũdẽ in.d.§.si a pupillo.⁊ p hec reddat̃ expedit⁹ iste notabilis.§.

§ **Sed et legatario.** Legatario datur accessio ex ꝑsona heredis ⁊ ex ꝑsona defuncti.⁊ accessio nõ datur nõ possidenti.⁊ pos.vitiosa nõ accedit iuste pos. nec eꝯ.h.d.vsqꝫ ad.l.se.℄Et ex isto tex.no.ꝙ habẽs titulũ ab vno ꝓut hic est legatarius q hꝫ titulũ a testatore:pos.ꝟo hꝫ ex alio ex cã eiusdẽ tituli põt vsu
2 capere ꝓut videm⁹ hic.℄Hoc aũt simpliciter limitauit Bar.in.l.cũ solus.ĩ.ti.i.in vlt.col.per illũ tex. vz ꝙ illõ qꝺ hic dr̃ ꝓcedat in eo q hꝫ titulũ ve⁊ secus si haberet titulũ putatiuũ ab vno.⁊ pos.ab alio.qꝛ lꝫ habeat pos.occasiõe illius tituli:tñ nõ põt ꝑscribere casus est singularis in.l.cũ solus.alle.⁊ ibi per Bar. in vltima colũ.⁊ no. per Ange.in.l.i.super longi.C. de ꝑscri.long.temp.vbi reputat hoc mirabile.vnde lꝫ sufficit ad vsucapionem vel prescriptionem:quando cõcurrit error iustus.vt sum legatarius ⁊ vidi testamentũ tamẽ ignoraui ꝙ fuerit reuocatuz possedi lõgo tp̃e ꝑscribo ac si verũ titulũ habuissem.d.l.cuz solus.⁊.l.celsus.ĩ.ti.i.l.hominẽ.ĩ.ꝓ suo.l.pe.ad fi. ĩ.ꝓ lega.tñ verũ ẽ ꝙ ille q hꝫ titulũ putatiuũ ab vno habet ẽt pos.ab eodem:secus si ab alio pos.habeat vt ibi habetur.℄Datur tamen a doc.longior ⁊ plenior distinctio.ad hoc remitto me ad scribẽtes in.d.
3 l.cũ solutus ⁊ ad Ang.in.d.l.p longi.℄Scðo not. ꝙ lꝫ legatarius dicat̃ habere titulũ a testatore.⁊ non ab herede.l.a titio.ĩ.de fur.tñ eidẽ legatario dat̃ accessio ex ꝑsona heredis.qꝛ heres censet̃ eadez ꝑsona cũ defuncto in auc.ꝺ iureiur.a mo.ꝑst.in ꝑn.℄Ter
4 cio in ꝟsi.accessiões.No.ꝙ qualitas nõ põt stare sine subiecto.nã nõ dat̃ accessio ei q nullã pos.habet ⁊ sic qualitas pos.auctoris non põt stare ubi non est pos.vt hic.⁊.l.ei⁹ q in ꝓuincia.ẽ.si cer.pe.℄Quarto ex ꝟsi.ꝑterea no.ꝙ in extremis dz esse congruitas ⁊ habilitas.nam hic erãt duo extrema pos.mea ⁊ auctoris quas volo iungere.igit̃ in eis dz dari congruitatez.s.ꝙ vtraqꝫ sit iusta.secus si una est vitiosa altera nõ.qꝛ vitiosa nõ vitiose minime accedere põt vt h.
5 ℄Pro expeditiõe glo.sup ꝟbo añ existentez cõditionẽ.quero an idez sit post pendentẽ ꝯditionẽ idest post existentẽ ꝯditionẽ heres possedit rem legatã.an illius temporis detur accessio legatario.glo.dicit ꝙ sic per istã litteram.qꝛ inter ꝑdicta nõ est dare dr̃iaz.
6 ℄Secũdo gl.q̃rit quare h dixit tex.añ existẽtez ꝯditionẽ. Et dic̃ ꝙ rõ est qꝛ semp ãterioris tẽporis pos. ꝓdest legatario.sed posterioris idest post existentez ꝯditionẽ nõ semper quia põt esse ꝙ heres mala fide possidet vel ẽ in mora qꝛ interpellat⁹ est vt det ⁊ nõ vult dare.sꝫ ante ꝯditionẽ nõ est in mora. qꝛ ñ tenet̃ ꝑstare legatũ ante existentez ꝯditionẽ.⁊ interea p dominiũ est heres.⁊ apud hr̃dez remanere dz.sed post existentẽ ꝯditionem si interpellatus est.in mala fide causata a mora que opat̃ qꝺ nõ dat̃ accessio temporis legatario.alle.l.quesitum.ẽ.ti.℄Imo.⁊ gu.hãc glo.in vlt.parte reprehẽdunt dũ vult ꝙ post existentez cõditionẽ si heres fuit in mala fide ꝺ mora impediat dari accessionez illius temporis legatario mouetur per.l.ij.§.si defũctus.ĩ.pro emp.vbi mala fides superueniens in ꝑsona heredis circa rem quã defunctus cepit vsucapere.non nocet heredi quo ad impediendam vsucapionẽ.sic nõ debet nocere legatario.

¶ Nec ob.l.quesitū hic in glo.allegatā.q2 ibi loquitur quo ad lucrū fructuū.quo casu est ve2 q̄ si heres sciuit rem quā possidebat spectare ad aliū ex cā habita ab eodem defuncto:a quo ipse habuit vt q2 sciuit rem legatarij in eodē testō in quo ipe heres erat.7 sic ab eodem herede.tunc mala fides facit q̄ heres nō lucref fructus ex re perceptos.l3 sit secus vt in glo. quando sciuit rem ptinere ad aliū nō habētē cām ab eo a quo ipsa3 cām habuit allegat.l.q scit.§.fi.ff. de vsu.unde ibi superuenientia male fidei operatur vt non lucretur fructus heres. hic loquimur quo ad vsucapionem.¶ Considerabam glo.hic posse sustineri .q2.§.si defunctus.in.l.ij.ĵ.p emp.nō ob.q2 ibi loquif q̄tum ad vsucapionē per heredē.verū est enī q̄ superueniens scientia heredi nō impedit vsucapionem incohoatā a defuncto qui ē in bona fide. Ratio est quia iure nostro sufficit ab initio vsucapiente3 habere titulum 7 bonam fidem.l.sequitur.§.de illo de vsucapio.l.i.C.co.de vsuca.cum ibi heres censeatur esse vna 7 eadē persona cum defuncto.in auc.de iureiur.a mo.prest.in p̄n.nam sicut mala fides supueniens in psona defuncti nō interrūpit vsucapionem vel prescriptionē.sic si superuenit in persona heredis sui.hic loquimur non quo ad vsucapionenem perficiendam per heredem.sed solum ad personā legatarij qui est singularis successo2.7 vult vti accessione auctoris sui.q2 o3 q̄ pos.cuius accessione vult vti fuerit iusta.vt hic in.§.fi.si ergo non fuit iusta pos.propter malam fidē illius:ideo dicendum est q̄ debet nocere singulari successori per istum.§.fin.¶ Glo.super verbo nec vitiosa.ar.de.l.pomp.§.cum qs.ff.eo.hic dicitur pos.vitiosa non debet accedere alteri pos.nō vitiose ibi videtur cōtrariū dicere littera cum dicit vti debet cum sua causa 7c̄.ergo videf q̄ q̄uis pos.precedens fuerit vitiosa.possit tamen vti ita q̄ eadē modo eodem cum suis vitijs vtatur .Glo.tripliciter respondet.Primo q̄ illud pcedit in prescriptiōe longissimi temporis.xxx.an.in qua nō attenduntf huius modi vitia.vt ibi dixi dum dixi rem furtiua3 7 uiolentam acquiri prescriptione.xxx.anno.l3 quidam ibi cōtra.¶ Et hec prima sol.est in se vera.tamen illi littere nō conuenit.q2 iure ffo2.non fuit cognita prescriptio longissimi temporis.glo.est in.l. qui occidit.ff. ad.l.aql.7 in.l.iulianus.alias incipit non solum .ff. qui.ex cau.ma.Secunda solu.hic in glo. est q̄ non accedit vt psit:vt hic.s3 accedit ut noceat.q2 impedit prescriptionē.vt ibi 7 hec reputatur vera.7 cōiter approbaf vt ibi plenius declaratur in glo. Tertio dicit q̄ aut iste potest redire ad auctorem suum. cuius occasione vti vult accessiōe idest si ab eo euinceretur 7 potest vti accessione auctoris sui.aut non potest habere regressum de euictione contra auctorem. quia est casus.vbi quis tenetur de euictione.7 non potest vti temporis auctoris accessiōe. vt ibi 7 hoc non videtur iure probari. 7 videtur violare iura predicta.
3 cōmuniter approbatur secūda solutio.¶ Extra glo. Barto.hic posuit distinctionem magistralem reassumendo que dicuntur hic in tex.s.an 7 quando locū habeat accessio in persona successoris quo ad personam auctoris 7 distingit:aut qui vult vti accessione non possedit per se vel alium.7 non potest.vt hic.§. fi.v̄si.preterea.¶ Aut possedit per illum vt .ff.ea.l. §.si is qui precario 7 reuocato precario vtitur accessione aucto2is sui.¶ Aut possedit p se.7 tunc aut est iniusta 7 nō dat accessionem. vt hic in fi.nisi quo ad prescriptionem.xxx.anno.quia tunc potest ad prescrip.xxx.anno.de iure ciuili.sed quid de iure canonico dicam infra.¶ Aut poss.est iusta 7 vult vti accessione eius a quo causam nō habuit 7 nō potest.ff.ea. l.§.si liber.¶ Fallit qñ pp̄ter auctoritatem rei iudi. daf mihi pp̄ter sniam mea res tanq̄ tua. quia tunc vtor accessiōe temporis tui.ff.ea.l.§.si iussu.¶ Aut vult vti accessione temporis illius a quo causam haber 7 tūc an pos. medio tempore fuit per alium occupata hoc casu non possum uti accessione.ut.§.quesitu3.ff.ea.l.quia fuit interrupta p̄scriptio. ¶ Fallit si pos.medio tēpore occupata per alium fuit heredis illius a quo causam habui.quia tunc prodest mihi 7 datur mihi accessio.ut hic in.§.sed 7 legatario.q2 legatarius h3 titulum a testatore.accedit tñ ei tempus heredis.¶ Aut posses.fuit cōtinuata.7 tūc dicit aut pos.auctoris fuit vitiosa.7 nō fit accessio vt hic in fi.nisi in prescriptio.xxx.āno.7 hoc ō iure ciuili.¶ De iure autē canonico nunqua3 prescrip.vllo tempore currit ubicū q3 est malafides.c.fi.de prescrip.7 regula possesso2.de reg.iur. in.vj.vbi pos.auctoris nō fuit vitiosa datur accessio:ut fere per totam.l.nostram.

lex.14 s

Si filius.

Possum9 vti accessiōe facti auctoris.h.d. ¶ Glo. hic nihil scribit nec doc.Sequif notabilis.l.re3 que nobis.

lex.15. r

Rem que.

Rei mobilis furto subtracte vel abrepte possessi .perdimus nisi is qui in potestate nostra est eam surripuit.q2 tunc eam non perdimus quousq3 fuerit apud eum ɔstituta.h.dicit. ¶ Ex lege nostra no.rōnē quare seruus fugitiuus nō pōt pos. ipsius sui priuare dñm que est:q2 sicut nō pōt iteruertere pos. aliarū rerū sic nec persone sue.Aliā rationem uide in.l.pōpo. in p̄n.ff.e.q2 nō debet esse in potestate sui ad suum libitū nos priuare pos.cū sit res animata qd secus est in rebus inanimatis q2 nō ad libitū possunt nos pos.priuare.¶ Scdo no. ex tex.q̄
2 seruus nō pōt aliarū rerū dñi sui pos.interuertef.hoc aūt intelligatis verū donec res apud seruū sunt.sed si alteri eas tradat tunc bene priuat dñm pos.uidistis in.l.iij.§.s3 qd si suus.ff.eo. in tex.nō habetis alia.¶ Uenio ad glo.in.v̄.surrepta est.7 q̄ro a quo nobis surrepta est hec res.dicit glo.itellige ab ex̄neo pp id qd stati sequif in lr̄a.q2 secus si a filiofa.uel seruo q2 non
3 puat te pos.donec res apd eū sit.¶ Querit etiā gl.qd in depositario uel ɔmodatario inficiāte re3 depositā uel cōmodatā restituere a nō dñs puef pos.dicit gl.q̄ dū dixi de ex̄neo q̄ puat dñs pos.fallit si inficiet depositarius uel cōmodatarius restitutionē.glo.nihil allegat 7 inepte locuta est.ut statim dicā lecta glo.¶ Qu3 glo.dicit fallit.supra dixit qñ est ab ex̄neo.h casus nō excipif a regula.q2 qñ sola ificiatio depositi uel ɔmodati interuenit.nō fit furtū.vñ nō puaf dñs pos.l.iij.§.si rē apd.ff.eo. ubi tex.si interuenit ɔctatio fit furtū nō puaf pos.ut ibi df.non ergo bona est exceptio glo.hic a regula.qa regula logf qñ res fuit ab ex̄neo subtracta.quo casu pdim9 pos.male postea excēptuat dū dicit fallit si depositarius uel ɔmodatari9 inficiaf 7c̄. q2 exceptio d3 eē a regula.ut.l.in his.7 ibi no.ff.de leg.l.i.7 ibi no.ff.ō re.iur.Qñ qdē p solā inficiationē nō df pdere pos.depositor.ɔmodator.locator.7c̄.refero me ad ea q̄ dixi in .d.l.si rē alle.¶ Pro expeditiōe gl. sup v̄bo arrepta.q̄ro df hic si fuit arrepta a nobis ab ex̄neo pdim9 pos.an cōpetat aliqd possessoriū iterdictū p recupanda pos.rei mobilis nobis erepte uel furto subtracte ad hoc glo.ualde no.dicit q̄ nō . 7 allegat.l.i. §.si fund9.ĵ.ō vi 7 vi ar.meli9 allegasset.l.i.§.illd.de vi 7 vi ar. q2.§.si fundus.dicit q̄ si dñs fuit expulsus vi.nec nō 7 ablatę res in fundo exñtes daf ei vñ vi.in quo uenit restitutio fundi 7 rerū mobiliū q2 pncipaliter petif restitutio fundi daf ēt p reb9 mobilib9 in ɔñtiā sed ex̄ istu3 casu3 si cui est res mobilis vi erepta uel subtracta non datur vnde vi. aut simile interdictum p pos.recupanda ut.d.l.i.§.illd.¶ Uidetis glo.volētē q̄ p recupanda pos.rei mobilis nō def possessoriū.s.iterdictū.d.§. illd.ad recuperādū pos.sed p retinēdo rei mobilis possessiōem bñ daf iterdictum possessoriū qd appellaf utrobi.l.i.ĵ.vtrobi. ¶ Et q̄uis ut dixi sm gl.cōiter approbatā p recuperāda pos. rei mobilis nō sit itroductū aliqd interdictū pos.recupande tñ alia remedia possessoria sunt itroducta p pos.recupanda.ut p3 in.l.7 nō tm̄.in pn.de peti.here.l.fi.§. sed cū in secūdo.C. de fur.in v̄.rē furtiuā.¶ Et p v̄a doctrina Bar.dicit h.si q̄rif an pro pos.rei mobilis recuperāda cōpetat aliqd remedium dicit aut iste habuit ius in re qui perdidit pos.rei mobilis.vt habuit eam in pignus:uel aliquod ius reale in re habuit:et saltem cōpetit conditio incerti dicta.l.7 ideo.§. neratius. Aut non ha

a ¶ Rei mobilis add eundē alex.ɔsi. lx iiij.iij.lib.

buit ius in re. et tunc aut possidebat et h3 actionē triticariam. l. ij. ff. de tritica. aut detinebat. et tunc glo. cōiter ꝯcludunt q̄ cō petat actio in factū vel officiū iudicis ꝑm glo. in. l. manifestissi mi. in. d. ver. rem furtiuā. et in. d. l. nō tantū. in prin. et in. d. l. et
5 ideo. ¶ Non omitto q̄ in alio casu habemus aliud remediū possessorium recuperāde rei mobilis. s. qñ pos. rei mobilis va cabat. et per aliū iniuste occupabat. competit remediū. l. fi. C. vnde vi. debuisti enim putare ad aliū eam pertinere si ad te ñ spectabat. vt ibi ita cōiter ꝯcludunt doc. vt Ja. bu. et bar. i. d. l. fi. C. vnde vi. refferentes roffr. idē tenuisse p. d. l. fi. que loq̄r per verbū rē et rei appellatō latissima est. l. i. ff. si cer. pe. l. rei. ff. de ver. sig. Mouet etiam bar p. d. l. fi. dū facit mentionē de furto. vnde videt̄ q̄ habeat locū in rebus mobilib⁹. q̄r in imo bilib⁹ nō cadit ꝯtractatio q̄ est de substātia furti. l. i. ff. de fur.
6 ¶ Iuxta p̄dicta querit bar. et quotidianissima est. q. ea que di cta sunt supra per que fuit ꝯclusum remedia supiora cōpetere ꝯtra eū ad quē peruenit pos. rei mobilis ꝓcedunt qñ cū vitio puenit ad possessorē pone modo q̄ sine vitio aliquo puenerit res ad possessorē. puta cū titulo et bona fide an hēat locū aliqō remediū possessoriū. et refert ipse glo. in. l. ciuile. C. d fur. vide ri tenere q̄ sic per. l. si coloni. C. de ag. et censi. li. xi. tñ dicit ipe illā. l. si bene īspiciat̄ nō videri facere ad ꝓpositū. q̄r loquit̄ qñ illa res fuit affecta vitio reali. s. fuge. ¶ Scitis q̄ quēadmodū seruus fugitiu⁹ d̄r facere furtum suiipsi⁹. l. i. C. de ser. fug. et sic seruus est effect⁹ res furtiua sic coloni ascripticij q ascripti sunt glebe seu fundo: de quo in. d. l. si coloni per fugā dicunt̄ face re furtū suiipsius. l. cū satis. eo. ti. et no. gl. in. l. dñi. et in. l. quē admodū. e. ti. qui erāt ascripti glebe. sic erāt vitio reali rēs affe cte ergo trāsit vitiū ad quēcūq3 possessorē3 ēt bone fidei. ergo
7 dat̄ possessoriū remediū: vt supra ꝯclusū est. ¶ Sed qd si res nō erat affecta vitio. vtrū tunc detur aliqō remediū ꝯtra illum ad quē puenit res iusto titulo et bona fide. hic est passus dubi tabilis. in quo refert hic bar. et Inno. post gl. in. c. sepe. d rest. spo. vr̄ tenere q̄ sic et male ꝑm eū dū dicit q̄ remediū. c. reinte grāda. iij. q. i. q̄ est possessoriū recuperāde. et ꝯceditur a pos. d iectis aut alio modo spoliatis pos. etiam quocūq3 ꝑm inno. ta le remedium possessoriū recuperande ꝯpetere pōt ꝯtra illū ad quē pos. vitiosa puenisset. ¶ Sed Barto. dicit se putare i alio male dixisse Inn. q̄r est cōtra. l. siue aūt. ff. i. voluit allegare. ff. si duob⁹. ff. de publicia. ibidē vult q̄ si duo habuerūt titulum emptiōis a diuersis venditoribus nō dñis. et sic hēnt titulu3 et bonam fidē p̄ferēt ille q in pos. de p̄nti reperit̄. non pōt ergo alius qui h3 titulū ab alio non dño cū bona fide agere contra istum habentē similem titulum a non dño et bona fide et q pos sidet. Ratio ibi notat̄ q̄r in pari cā potior d3 esse ꝯditio possi
8 dentis. sed hic est par cā. q̄r vterq3 rē habuit a non dño titulo et bona fide. d3 ergo preferri ꝯditio eius q possidet. ¶ Et sub dit bar. q̄ si qs vult saluare Inn. i. d. c. sepe. pōt dicere q̄ ꝓce dat qñ iste reus possidens ad quē vltimo puenit res cū titulo et bona fide si habuit cā3 a possessore vitioso vt fure vel violēto inuasore: q̄r tūc sicut vitiū auctoris vl' mala fides nocet hodie simplici successori in prescriptōe auc. male fidei. C. d p̄scri. lon. temp. ita et noceat publiciana. vt. d. ff. si duobus. ꝯpetit enim publiciana ei qui h3 titulū et bonā fide3 a nō dño. et si illā vult intētare ꝯ habentē titulū. et bona fide possidentē. nō pōt obti nere. nisi re⁹ possidēs habuiss3 titulū ab auctore male fidei. q̄r tunc bene h3 actor publicianā qui hab3 titulū et bonā fide3 ab auctore nō vitioso et qñ nō videat̄ eē par cā vtriusq3. s3 tūc me lior d3 eē ꝯditio agentis q habuit a nō vitioso auctore titulū et bonā fidē. ita residet bar. hic. ¶ Facit ꝓ eo rō. l. eū qui. alias est. l. sed si res. ff. eum qui. ff. de publicia. i. vbi a pari ꝓcedunt dari publicianā et vsucapionem ꝓcedere. sicut ergo in auten. male fidei. ff. allega. mala fides auctoris nocet singulari suc cessori quo ad vsucapionem sic in publiciana. ¶ Ang. hic di cit q̄ Inno. in. d. c. sepe. nō dicit illud ad qō allegat̄ h̄ p bar. S3 q̄ Inno. in. c. cū ad sedē. de res. spo. vr̄ poti⁹ ꝯtrium tenere eius quod Bar. hic refert Inno. dicere et refert verba inno. tñ Ang. hic videt̄ residere q̄ vera sit opi. bar. cū qua etiā videt̄ transire Imo. hic q subdit q̄ l3 Ang. dicat q̄ Bar. in hoc ma le imo. refert tamē sibi vr̄ q̄ ēt Inno. in. d. c. sepe. ponat id qō ponit Bar. h̄ fuisse dictū ab initio et dicit ve⁊. q̄r ibi ponit illō

quod refert Bar. et q̄ refert Ang. et sic ambo dicta ponit ibi. ¶ Cum hac opi. quā t3 h̄ Bar. trāsit ipse met bar. i. l. fi. ff. sed cū in scdo. et bal. i. l. ij. C. d fur. et Ang. in. l. siue aūt. ff. si duob⁹. de publicia. superius allega. idem tenet Andr. de barulo quem refert ibi Bar. et Jo. de pla. in. l. si coloni. C. de ag. et censi. li. xi. nam ibi And. de barulo tenet q̄ cōtra bone fidei possessorem habentem titulu3 nullo modo possit da ri dictū remedium possessoriu3 qñ res nō est vitiosa. q̄r in pari causa potior d3 esse cōditio possidentis. et ibi Jo. de pla. refert verba Bar. hic et transit cu3 eo simpliciter. ¶ Cum Bar. etiam transit Imol. in. d. c. sepe. et refert verba que Bar. hic ponit et Pau. de ca. in. l. et ideo. ff. fi. ff. de condi. fur. et Ang. in consi. ciij. incipiente. In christi nomine dictus libellus. et i consilio. cliij. incipiente. In xp̄i nomine in. q. predi cta. ¶ Sed si Bar. fuit in. d. l. si coloni. tenet cōtra rium. nam ibi refert opi. And. de baru. et postea di cit q̄ immo videtur q̄ contra bone fidei possessore3 potest dari remedium ad recuperandum pos. q̄tū cunq3 non sit res vitiosa. q̄r potest dari remediu3. l. si me et ticium. ff. si cer. pe. nam si pos. mea ad te per uenit equum est vt mihi restituatur. ¶ Uel dicit pos se dari triticariā actionem per. l. ij. ff. de tritica. et cu3 hoc trāsit etiā Romanus hic. ¶ Sed non puto hoc bene dictum: quia remedium. d. l. si me et ticium non habet locum contra eum ad que3 res peruenit titu lo oneroso per. l. si filius. in fi. et. l. si cum ꝑuum cu3 glo. eo. ti. et firmat Barto. et communiter omnes in d. l. si me et ticiū: ¶ Preterea vbicūq3 parem habe ret titulum reus conuentus et actor videretur dicen dum esse repellendum actorem: q̄r in pari causa poti or debet esse conditio possidentis. d. ff. si duobus. Si ergo non agis ad dominium sed solum ratione possessionis et in posses. te fundas si ostenderes istru mentum tituli et ego titulum nisi tu probes domini um: non tñ habet dubiu3: q̄r in pari causa potior de bet esse conditio possidentis non probato cōtra eu3 dominio vero et directo: quia nō agitur rei vēdicatio ne sed possessorio. ¶ Et propter hāc vltimam ratio nem uidetur dicendum etiam non habere locū triti cariam actionem. nec ob. l. ij. ff. de tritica. quia loqui tur in violento deiectore de posses. et sic res erat vitio sa et cum vicio peruenit ad eum ꝯtra quem agebatur hic sine vicio sed cum ti. et bona fide peruenisse pre supponitur rē ad possidentē conuentū. Anto. et ab. in. c. sepe. de resti. spo. in hoc articulo. do. ab. in. c. si diligenti. de prescrip. tenuerunt ꝯ Bar. uolentes q̄ immo qñ res peruenit sine vicio ad possidentem cō uentum nihilominus possit dari ꝯ eum possessorium recuperande intentandū p illu3 q fuit antiquior pos sessor eo q̄r opat̄ ātiqtas pos. vt i h̄ p̄ferri dēat ātiq or possessor in isto possessorio p id qō habet̄ i. c. licet causam. de probatio. ¶ Et propterea rñdet ad. d. l. siue aūt. ff. si duobus. q̄ ibi non interueniebat nec fuit antiquior possessio illa agentis. ¶ Hec respon sio Ant. in. d. c. sepe nō videt̄ mihi tuta. d. ff. si duo bus. qō sic ostēdo si itelligim⁹ q̄ in casu. d. ff. si duo bus. actor nō habuisset antiquiorem pos. videt̄ non fuisse dubitandu3 q̄ nullo modo potuisset actor ob tinere in publiciana ꝯ reum: ēt si reus non habuisset parem titulu3 qō probatur sic. ad hoc ut publiciana cōpetat: reqrit̄ nedū q̄ actor habuerit titulū a non dño et bōa fide: s3 et reqrit̄ q̄ habuerit pos. vacuā. s. q̄ abñs nō hēat ciuilē pos. et sic reqrit̄ q̄ pos. trada tur vacua huic agēti tūc publiciana. ita est cōis ꝯclu sio cy. Bar. et alio⁊ in. l. cū res. C. de ꝓba. et bar. i. l. celsus. ff. de usuca. ga dicūt ꝓcedi ar. de usucapione ad publicianā. d. l. eū q. i pn. de publiciana. s3 qs ñ pōt incipere usucapere nisi sit pos. vacua. vñ si alius possid3 istā rē cū aīo vsq3 ad decēniū retiet pos. iteri3

a ¶ Bona. in h articulo et i materia hui⁹ l. vide eundem alex. consil. cc. ij. li. incipiente vi so et discusso. et consi. xlv. iij. li. incipie. xpi redemptoris rc. visa narratione et consil. cxvij. incipiente in ca. et litte vitete. ij. li. et consil. lj. incipiente redemptoris inuocato suffragio. et consili. vj. iij. li. incipiente dni redemptoris et ibi an det remediu canonis reintegranda p reb⁹ pphanis. et vide et ad p dicta ancb. consi lio. cccxi. vnum tn no. sm. d. d ro. decis. suis in antiquorib⁹ de rest. spo. q puisione dicti canonis no veniut fruct⁹ q p cipi potuerut nisi rone violetie.

ego no possum vsucapere: qr no est vacua no incipio vsucapere anq sit lapsu tps decennij: vt no. gl. illa no. in. l. i. C. de ser. fugi. dixi in. l. iij. §. ex contrario. ff. eo. titu. ¶ Unde sicut requirit vacua pos. ad vsucapione sic ad publiciana hec est cois conclusio doc. ¶ Unde oz dici q in. d. §. si duobus. ille qui egit publiciana contra reum couentu habuerit antiquiore pos. qr si prius res fuisset apud reu conuentu qnuis postea fuerit tradita acquirenti scdo qui nuc egit publiciana no potuit sibi copetere publiciana et si pare titulu habuisset: cuius contrarium tn est de mete littere ibi dum tex. in distincte loqtur. ¶ Do. Abb. in palle. locis conatur rndere et ad. d. §. si duobus. vz q si ibi liquebat de qsi dnio vtriusq: io potior est conditio possidetis in illo iudicio petitorio. sed nos loqmur hic qn qs simpliciter se fundat ex pos. qua dixit se habuisse et sine iusta ca ab ea recessisse: qr est uex tuc q oz obtinere in possessorio si petit se restitui: qr spoliatus e an oia restituendus. d. l. si quis a se fundum. C. ad. l. iul. de vti. cu vulgaribus. hec vr ee melior rnsio q rnsio anto. ff. relata. Ad. c. lz cam. p qua se fundat Anto. potestis rndere q ibi reus conuentus solu se fundat in pos. vn oz succubere qr pos. agentis erat antiquor: sz hic loqmur qn reus conuentus se fundat in titulo et in pos. et tuc loquit. d. §. si duobus. vn rnsio anto. no videtur bona⁹: sed melior est illa Abb. tenedo illud qd tenui in. d. §. nihil coe. in. i. vel. ij. lec. du tenui q nedu in possessorio recuperade intentato contra illum q p vim pos. adeptus est veru in quolibet pos. recuperade intentato cotra illum ad que puenit pos. etiam citra violentiam no oz admitti exceptio dnij sed ante oia est restituendus agens possessorio secutus opi. glo. in. l. si de eo §. fi. ff. eo. et Inno. et Jo. and. in. c. post electione. de conces. prebe. et allegaui bar. in. d. l. si coloni. de agri. et ceti. ¶ Uidet ergo q decisio huius. q. ad hoc pedeat: qr et si pos. recuperade intentatur contra possidente sine vicio: sed cu titulo et bona fide hz priuilegiu q an oia est restituendus. et sic sequitur q no est in consideratione an reus possideat sine vicio vel no: sed solu oz considerari an actor ceciderit a pos. sine iusta ca: et restituit ex remedio. c. reintegranda. iij. q. i. ¶ Ad hoc seruiut notabilia vba tradita per bar. in. l. edicto. in. xv. col. in v. ij. rc. C. de edic. diui adri. tol. ¶ Pro hac parte in iudicijs sepenumero iudicari vidi: et ita obtinui q non admittat exceptio dnij. Nec ob. paritas titu. in possessorio recuperade magna est tn auctoritas Bar. et alior sequatiu. ff. relator pp quoru auctoritatem res satis dubia esset.

9 ¶ Diligenter notetis vba bar. hic et in. d. §. sed cuz in scdo. qr sonare videt: vz q auc. malefidei corrigit nedu quo ad pscriptione: sed et quo ad publiciana et vr velle q si qs acqsiuit re iusto titulo et bona fide a no dno q mala fide possidet q talis emptor no hz publiciana. ¶ Cotrarium magis coiter tenet et ipsemet Bar. Bal. Ang. et antiq contrarium tenet in. l. cuz q als incipit sed si res. §. pretor. ff. de pub. ubi si qs acqsiuit rem iusto titulo et bona fide a no dno. mala fides auctoris no nocet successori bona fide acqrenti quominus sibi copetat publiciana: et iste tex. in publiciana no videt aliquo mo correctus: licz auc. malefidei. quo ad aliquos casus corrigat in prescriptoe no tn quo ad omnes. vidistis in. l. pomponius. §. cu qs ff. eo. ergo non oz extendi ad publiciana. l. precipimus. C. de appel. ¶ Cogitabam defendi posse bar. aliquo modo a cotrarietate: quia si bene verba eius considerentur hic vr loqui quado a fure habuisset titulu et bona fide iste qui couenieba possessorio: puta recuperade: quo casu nedum habuit venditor mala fide: sz et res erat affecta vicio reali vt violeta vel furtiua: sz si acqrit titulo et bona fide an purgatu viciu non copetit publiciana. d. l. siue aut. §. hec actio. ff. de publi. qr pro re furtiua vel simili affecta vicio reali no dat publiciana. et in hoc procedit dictu bar. et sic melius allegasset d. §. hec actio. qua auc. malefidei. q loqt qn res no erat viciosa: sed solu auctor fuit in mala fide et no habeat locu q dicitur in. d. §. si duobus. qr non est in pari causa: considerato q ipse habuit rem furtiuam. Et q in publiciana auc. malefidei non corrigat dicta iura. ff. alle. habetis glo. in. c. abbate sane. de re iudicata. lib. vj. in v. domini. Bar. Bal. et Ang. in. d. §. pretor. Bal. in. l. ancille. C. de fur. et l. i. C. si plu. vna sen. et i. l. nihil. C. p here. et Saly. in. d. auc. malefidei. cu concor. ff. allega. in dictis locis vbi hoc conatur pluribus rationibus coprobare: et ad contraria rndet Bar. in. d. §. sed cu in scdo. et tenet idez q h et ibi latius videt ostedere q auc. malefidei corrigat in publiciana. ¶ Et qr dictu est post Barto. de veritate remedij. d. c. reintegrada. iij. q. i. Potest dubitari an copetat no soluz p pos. 10
rex ecclesiax recuperada: ut vba ibi sonare vident: sed an et procedat in rebus pphanis: sum contentus remisionibus h. ro. h tractat. remitto ad glo. et doct. in. d. c. cu ad sede. per Bar. in. l. coloni. de agri. et censi. preallega. et Ro. hic. et per Ang. in d. consilio. clxiij. incipiente. In xpi noie in. q. pdicta. ubi tenet q sic. ¶ In practica seruat et sepe vidi q habet locu p pos. recuperanda rex pphanax qnuis fortasse in puncto iuris verior videatur opi. contraria quam tenet pau. de ca. in. l. et ideo. §. nerati us. ff. de condi. fur. cu ibi loquatur in rebus et personis ecclesiasticis qbus maiora puilegia debentur q laycis. c. i. de cleri. coniuga. li. vj. c. si qs presbyterox. de re. eccle. no alie. ¶ Ultra p dicta Bar. hic dicit q valde difficilis est pbatio dominij sm 11
glo. et doc. in. l. cu res. C. de pba. est utile uidere quo remedio qs potest pbare dominiu: qr qnqz possessoria remedia no coptunt vt vidistis et dicit q consueuit dare practicam: qr si quis agit rei vendi. ad libruz afferens se dnm oz ad probandu suaz intentionem facere vnam positionem: et dicere q semel possedit illum et q anteq inciperet possidere: ille liber erat in nullius bonis. quo pbato fundata est intetio sua si aduersarius cofitetur q p apprehensione acquisiuit dominiu. l. i. i pn. et ibi vidistis. ff. eo. l. iij. §. ti. i. ¶ Sed ipse dicit difficultas stat i pbado q in nullius bonis fuit. hic pendet leges et prophete si aduersarius negat. vn dicit aduertendu q potest dari remedium h modo. quedam sunt res ex quarum qualitate deprehenditur illas no fuisse in bonis alicu⁹ vt in gemis et lapillis inuentis in littore maris que ex qualitate rei et locis constat no fuisse in alicuius dnio: ut. d. l. iij. et. d. l. i. in pn. ff. eo. ut insula in mari nata in nullius bonis est et fit occupantis. l. adeo. §. insulas. ff. ti. i. ¶ Quedam sunt res ex qruz qualitate potius apparet contrarium ut in domo edificata: et alia specie fabricata: quia intelliguntur esse illius qui fabricauit speciem. l. adeo. §. cum quis. ff. ti. i. io in istis difficilius est probare quod in nullius bonis fuerunt te pore quo apprehendit. vnde tunc erit seruanda cautela de q statim dicam referendo uerba eius. Quia si predia sunt tributaria per solam negligentiam biennij adhibitam per dominu et possessorem in cultura agri perdit ius suum et dominium acquiritur occupanti. l. qui agros. C. de om. ag. deser. lib. xj. ubi tex. notandus quod dicit esse notandu pro perusinis quorum omnia predia sunt tributaria: et de iure communi omnia predia in prouincijs extra italia sunt tributaria. l. omnes. ubi plene. C. si. cen. uel reli. ¶ Ubi uero non sunt tributaria tuc in p 12
dijs et habentibus speciem formatam dicit dari cautelam ut fiat proclama. q si quis est qui uelit dicere se dominum talis rei et probare q habuit dominium anteq ticius apprehenderet debeat comparere. als non auditur tunc subsecuta negligentia coparetis satis vr approbasse dominiu p dictu pclama. alle. in ar. l. si eo tpe. C. remissio. pigno. ubi creditor habuit re in pignus: et uoles illa uedere fecit pclama. si qs beat rem ipsas hypothecata copareat infra certu tps nemine coparete si qui creditores erat itelligunt remisisse ius pignoris. ¶ Sile dicit esse i. l. locox. C. de om. ag. deser. li. xj. vbi uocati possessores fudorum vt ueniat et colat agros abntes si negligat p semestre cadut a iure suo. Singularis eet hmoi pratica ad pbandu uerum et directu dnium si va eet. sz Imo. hic et Ro. ipugnat hac doctrina du loqtur de pclamate mouent: qr pbationes debet necessario concludere: ut in. l. natalis. C. de pba. c. in psentia. de pba.

sed stare pōt q̄ res sit in dñio alicuius. ⁊ tñ nō cōparet q̄ dicit se habere dñium in tali re. ¶ Preterea dicit ro. esse pōt q̄ res erat alicuius pupilli vel absētis q̄ non ligant̄ huiusmodi decretis seu pclamatibus. alle. l. si. ff. de decre. ab ordi. fa. c. cū in tua q̄ matri. accu. pos. bñ pbat̄ in. d. l. si eo tpe. in ff. pñtis. ¶ Ad alle. per bar. s. rñdet Imol. ⁊ dicit q̄ in. d. l. si eo tpe. fuit a lege īterdictū ne creditor volēs pignus sibi obligatum vendere cogeretur stare in suspenso ⁊ difficilius inueniret emptorē. vnde casus ille est diuersus. Ad. l. locorū rñdet q̄ spāle est in prediis tributariis ne remaneāt inculta ex quibus culturis debent̄ tributa sicut ⁊ spāle est q̄ si nō colit infra bienniū cadit a iure suo: vt Bar. hic fatet̄. Rapha. cu. dicit q̄ illud qd̄ dicit in pclamate nō videt̄ bñ pcedere: q2 vox preconis paucis innotescit. auc. q semel. C. q̄uo ⁊ q̄ñ iu. tñ dicit q̄ saluari pōt opi. bar. qñ
17 poneret̄ in locis publicis scriptura vbi cōtineret̄ id qd̄ bar. dicit nō dico pclamata. Cōprobat q2 vbi est difficilis pbatio lex nō est ɔtēta leuioribꝰ pbationibus q̄ haberi pñt ēt si sint leuiores pbationes q̄ pbationes que al's regrerent̄ vbi pbationes haberi possunt. l. non oēs. §. a barbaris. de re mili. l. si vicinis. C. de nup. vnde dicit videmus q̄ bar. i. l. in illa stipulatione si calendis. ad fi. ff. de v. ob. voluit q̄ negatiua possit pbari p discussionē. l. cū quedā. la. ij. in fi. cū. l. seq. s. de le. ij. l. si ita stipulatus ver. qd̄ si ab initio. ff. de ver. ob. ergo negatiua q̄ aliquis nunq̄ possedit rē nec vnq̄ fuit in bonis alicuius ꝺ2 posse pbari p discussionē factā p hmōi edicta. q̄ probationes dñij sunt difficiles nota. spe. in ti. de loca. §. nūc aliqua. ver. lvi. ⁊ spe. in ti. de actore peti. §. sequit̄. v. si aūt leuis. ¶ Addatis q̄ bar. i l. res alienā circa. iiij. col. s. de pig. ac. vr̄ adherere huic doctrīe quā ipse ponit hic. ¶ Pro ea videret̄ vltra doc. adduci posse tex. in. l. si vacātia. C. d̄ bo. vacā. li. x. ⁊ qd̄ ibi no. ang. circa. v. col. in repetitione vbi pbari vr̄ q̄ per illa pclamata nemīe postea cōparente pbari pōt esse bona vacātia. ⁊ tanq̄ vacantia
14 delata fisco. ⁊ sic ad neminē ptinere. ¶ Sed ꝯ bar. tenet Saly. in. l. cū res. ad fi. C. si res ali. pig. da. sit. vbi dicit q̄ contra Bar. hic facit q2 in istis rebꝰ specificatis presumit̄ durare dñs ille qui semel fuit dñs. nam si quis fuit dñs semel libri p̄sumit̄ durare dñs. alle. l. fi. C. vñ vi debuisti. n. scire rē ad aliū ptinere cū sciuisti eam nō esse tuā. l. id qd̄ nostrū. ff. de reg. iur. q̄uis ignoret̄ quis sit possessor. q2 q̄uis pos. vacet nō tñ dñiū vacat. ¶ Addo q̄ Bal. in rubrica extra de prescripti. in. iij. col. dicit q̄ in rebus que nunq̄ apparēt fuisse culte posset pcedere illud
15 qd̄ bar. hic dicit. in aliis dicit esse secus p. d. l. fi. C. vnde vi. vñ in effectu vult bal. ibi id qd̄ sal. in. d. l. cū res. ¶ Itē Bal. met in. c. cū cām de pba. vr̄ adherere doctrīe bar. hic. ⁊ dicit q̄ illa que sunt in nullius bonis efficiunt̄ occupantis ⁊ q̄ paria sunt rē esse in nullius bonis ⁊ eē in alicuiꝰ bonis ⁊ nō apparere esse in alicuius bonis. alle. in ar. l. in lege ⁊. l. rutilia polla. s. de cōtrahen. emp. ⁊ iō dicit hoc notandū esse valde p finibus ciuitatū vt presumāt̄ esse ciuitatis illius q primo occupauit. ¶ Et si dubitat̄ de territorio qui pbauit se primo illud occupasse p̄sumitur dñs q̄ no. ¶ Cum doctrina bar. videt̄ trāsire pau. d̄ ca. in cōsilio suo. lxxxiij. incipiente. In xp̄i noīe visis allegatōnibus vbi simpl'r alle. istā quotam. ¶ Addatis q̄ Bar. in. l. si duo ad fi. pncipij. ff. vti pos. vr̄ dicere q̄ etiā absq3 dicto pclamate si nō apparet de pos. antiquiori presumat̄ rē istam esse i nullius bonis. Et vbi duo equaliter pbauerūt de pos. quo ad ips̄ ⁊ testes. ambo debēt habere dñium q2 illud hñt ex iuregētium. Et q2 nō appet quis ante illud habuerit presumuntur ambo esse dñi. s3 hic ꝯrium vult. s. q2 imo presumat̄ esse i nulliꝰ bonis nisi fiant hmōi pclamata. ¶ Puto verā[a] opi. q̄ res pre
16 sumat̄ esse in nullius bonis nisi ex qualitate rei ꝯriu3 appareat d. l. fi. C. vnde vi. ⁊ clare voluit Bar. in. l. i. in pn. s. de rer. di. per. d. l. fi. ¶ Et pp hoc dicit bal. in. d. l. i. de re. diui. q̄ si qs inuenit pecuniā in nemore vel similē rem non pōt cū ꝯscientia bona nec de iure sibi retinere: s3 debet eā epo p̄ntare q si nō inuenit ad quem ptinet eā ꝺ2 in paupes errogare: ⁊ fuit no. hos. ⁊ Jo. an. in. c. cū tu. ex̄ de usu. l3 ipse nō alleget. ¶ Nō putarē substineri posse opi. bar. qñ mitteret̄ nuncij ad exgrendū ad loca ubi res est: puta fundū: ⁊ ad uicinos ut inqrant an añ tēpus quo talis cepit possidere aliꝰ vnq̄ fuerit dñs rei: ⁊ p relationē nūciorū referentiū se inuenisse nullū antea fuisse dominū

pcedat dictū Bar. p no. p Barto. in. d. l. in illa. vbi dicit q̄ exploratores mittunt̄. ¶ Vñ resideo q̄ opi. bar. hic nō pcedat nisi seruata forma p exploratores de q̄ per eū in. d. l. in illa. Nō ob. l. si uacātia. s. allegata. q2 potestis dicere q̄ ibi nō dr̄ q̄ p illa proclamata ⁊ negligentiā ꝯparētiū pbet̄ bōa tanq̄ vacātia ad fiscū ptinere: imo tex. ibi ꝯriū vr̄ dicere. ⁊ ibi glo. s. q̄ aliter ꝯstet ut p declarationē iudicis uel aliter. ⁊ tex. ibi dicit monumēta. vñ ibi aliō iteruenit. ¶ Non ob. q̄ dicit notabil'r bar. in. l. nā ⁊ si fur. s. si cer. pe. ubi no. ⁊ apte vr̄ dicere q̄ habeo fundatā intentōe3 meā qñ rē habeo ⁊ aliquo tpe eā possedi: ⁊ nō apparet q̄ aliqs antea possedit q̄ res añ me fuerit in nullius bonis ⁊ ad me ptinere dicat̄ hoc videt̄ ꝯdicere
17 ēt q̄ h̄ dicit ubi uoluit eē necessaria pclamata. ¶ Dico q̄ in casu suo pōt sustineri q̄ ibi dicit. na3 dicit ibi mutuaui. c. uis opponere exceptionē dñij potes dūmō pbes q̄ ego nō erā dñs. nā al's nō est mutuu3. l. ij. §. appellata. s. si cer. pe. s3 hēo iuris p̄sumptione3 p me: q2 nisi appareat ea fuisse pus alterius: ergo ē mea: q2 que in nullius bonis sunt efficiunt̄ occupantiū. d. l. i. s. ti. i. q2 ibi loqt̄ in eo qui habuit cām ⁊ titulum a me de cuius tituli substātia ⁊ essentia erat q̄ trāsferet̄ dñiū. vñ si semel accepisti a me mutuū satis uideris fateri q̄ fui dñs tpe quo tibi dedi mutuu3. l. nō vñ. C. si cer. pe. c. cū uenerabilis. de excep. ubi melius probat̄: ⁊ hāc puto meliorē rōne3 ad substinendum id qd̄ Bar. ibi dicit q̄ sit sua rō quā ip̄e reddit s. q̄ eo ipso q̄ non pbat̄ in alicuiꝰ bonis rē aliq̄ fuisse p̄sumit̄ in dñio occupātis: q2 pecunia p̄sumit̄ p̄sens fuisse in alicuius dñio: sed iō q2 tu a me habes oportet te pbare dominiū si uis reuocare tacitā ꝯfessionē resultantē ex tua receptione mutui a me. ¶ Predicta notetis ⁊ notabilia sunt: quia non reperietis ita declarata supradicta uerba Bar. q̄ sibi ꝯriꝰ in tribus locis ut supra dixi. ¶ De aliis mōis pbādi dñiu3 uide p doc. ⁊ glo. in. l. cū res. C. de pba. per bar. in. l. qdā in suo. post glo. ibi v. admoneri. s. de ꝯdi. insti. p specu. in. d. v. lvj. ⁊. d. v. si aūt uelis. p bar. ⁊ ang. in. l. cū sup. C. de rei ven ⁊ p bar. in. l. iudicio
18 eo. ti. ⁊ in. l. ob meritorū. C. ne vx. p ma. ¶ Et p ange. in. d. l. qdā in suo. ubi tāgit̄ an sola fama sufficiat ad pbandum dominiū in antiqs: ⁊ tenet q̄ sic: et nullo casu saluat̄ glo. singularis reputata in. l. anti q natura. §. q me absēte. s. de nego. ge. dū vult per famā pbari dominiū. uerū est in antiqs nō in recētibus: ⁊ ita putat eam singularē Ange. in. l. ticius. s. qui. mo. pig. uel hypo. sol. ⁊ no. Inno. in. c. veniēs. ⁊ in. c. qd p nouale. de v. sig. ⁊ archi. xvj. q. iij. in. c. inter. ⁊ bal. in auc. quas actiones. in ulti. colū. C. de sacrosan. ⁊ in. l. conuenticulā. C. de epis. ⁊ cle. in pe. col. ⁊ in. l. bonefidei. in ulti. col. C. de reb. credi. ⁊ in l. exemplo. C. de pba. ⁊ in. l. nō ignorat. in. vj. col. C. qui accu. non pos. ⁊ notant doc. maxime Anto. in. c. ueniens. el. primo. de testi. ⁊ notant cōiter omnes in d. c. cum cām. de pba. ubi etiam dantur alij mōi ad probandū dominiū. ¶ Facit ad pxime dicta quod no. Cy. ⁊ Bar. in. l. sīqdem. C. sol. ma. ubi in antiqs, ⁊ que sunt de lōginquo fama sufficit ad pbationem dominij. ⁊ de modo etiā pbandi dominiū tāgūt ca
